R. — Non sunt in æternitate *a parte ante* simul actu, cum solùm unica pars simul sit, scilicet præsens, reliquæ vero eodem modo se habent, ut in æternitate *a parte post*; si ergo hæc dari potest, potest etiam dari illa. Ita igitur si ab æterno essem, tamen partes mei temporis essent sejunctæ, et nihilominus a Deo dependerent, et sic argumento manet sua efficacia. Auctor autem, tantum quan-

1. scilicet, *signe abrèviatif* (MS.).
— 2. singula... omnia] ulla ex attributis, vel nunc unum, nunc aliud, et sic omnia et singula (MS.).
— 3. Sequitur *a pour sujet la pro-*

position infinitive du texte des Méditations: nullum existentiam meam auctorem esse querendum... —
4. MS. : *après actu*] æternæ, *peut-être ajouté par le copiste.*

tum ipsi possibile fuit, præcavere studuit, ut hujusmodi quæstiones ex ipsius Meditationibus arcerentur, ne ita ullo modo pædagogos læderet, etc.

P. 48 : valde credibile est... Ut <et> P. 436 : propius tamen est...

[0]. — Sed cur illud? annon potuit te Deus creare, et tamen non creare ad sui imaginem?

R. — Non. Nam axioma est commune et verum : *effectus similis est causæ*. Jam autem Deus mei causa est, ego ejus effectus, ergo ei similis.

[0]. — Sed artifex est causa domûs, nec tamen ideo ei est similis.

R. — Non est causa, ut hîc eam sumimus; applicat solum activa passivis, ideoque non opus est ut opus ipsi sit simile. Sed hîc loquimur de causâ totali et <causâ> ipsius esse; illa autem non potest aliquid producere, quin sibi sit simile: nam cum ipsa sit ens et substantia, producatque aliquid secundum esse, id est ex nihilo (qui producendi modus soli Deo convenit), oportet ad minimum illud esse ens et substantiam, et sic saltem Deo simile esse et ejus imaginem referre.

[0]. — Sed sic et lapis etc. habebunt imaginem Dei.

R. — Habent etiam illa imaginem Dei et similitudinem, sed valde remotam et exiguam et confusam; ego autem, qui ex creatione Dei plura habeo, magis ejus imaginem habeo. Non sumo autem hic imaginem ut vulgo sumitur, pro eo scilicet quod ad aliud effigiatum est et depictum, sed latius pro eo quod similitudinem cum alio¹ habet, et ideo eas voces adhibui in Meditationibus, quia passim in Scripturâ ad imaginem Dei conditi dicimur.

P. 179 : omnis res cui inest...

Præter attributum quod substantiam specificat, debet adhuc concipi ipsa substantia, quæ illi attributo substernitur: ut, cum mens sit res cogitans, est præter cogitationem adhuc substantia quæ cogitat, etc.

P. 153 : aliquod idolum...

Quod illis æquivalet ac idea nobis. Sed quâ realem² formant ideam dum idolum formant, formant ideam materialiter falsam.

1. Après alio] etc. *ajouté*. — 2. quâ realem, *leçon douteuse*.

[P. 153] : *sed me istam vim...*

Hoc non posset valere apud Atheum, qui eo argumento se convinci non pateretur, cum ad id efficiendum idoneum etiam non sit, nec auctor hoc ita intellectum vult; sed debet conjungi cum aliis argumentis de Deo, et præsупponit illa, et ex illis probatum Deum, ut auctor etiam in hac responsione probaverat esse Deum ex ejus ideâ, etc.; adeo ut sensus hic sit: cum jam sciam et probaverim esse Deum, et simul animadvertam¹ inter numerandum me non posse pervenire ad numerum maximum, sed semper esse cogitabilem majorem numerum quam a me cogitari possit, sequitur illam vim me non habere a memet ipso, sed eam me accepisse ab aliquo ente me perfectiore, scilicet a Deo, quem argumentis jam allatis esse probavi.

P. 153 : *de idea angeli...*

[0]. — Ideam angeli quod attinet, certum est nos illam formare ex ideâ mentis nostræ, et nullam ejus cognitionem nisi ex ideâ mentis nostræ habere; adeo ut nihil in angelo quoad rem ipsam possimus considerare, quod etiam non in nobis esse animadvertere possimus. Sed sic angelus et mens nostra erunt idem, cum utraque sit res solum cogitans?

R. — Ambo quidem sunt res cogitantes; sed hoc tamen non impedit quo minus angelus multo plures habeat perfectiones quam mens nostra, vel in majori gradu, etc.; adeo ut etiam quodam modo² specie differre possint, ut D. Thomas volebat omnes angelos a se invicem specie differre, et singulos ita descripsit quasi in illorum medio fuisset, unde etiam Doctoris Angelici nomen et gloriam acquisivit; sed ut nullibi fere magis occupatus, ita et nullibi ineptior est. Angelorum enim cognitio nos fere latet, cum, ut dixi, eam ex mente non hauriamus; et sic etiam ignoramus ea omnia quæ de iis quæri solent, an scilicet uniri possint cum corpore, qualia illa fuerint corpora quæ in Vetere Testamento sibi sæpe adaptabant et similia. Præstat nos ea credere, prout in Scripturâ habentur, scilicet eos juvenes fuisse, ut tales apparuisse *et similia*.

1. MS. : animadverto. — 2. quodam modo] quidem (MS.).

MEDIT. IV.

*P. 53 : atque ob hanc unicam rationem...**Ut et p. 438 : nec fingi potest...*

Bene hoc est observandum nos nunquam debere argumentari a fine. Nam 1^o cognitio finis non inducit nos in cognitionem ipsius rei, sed ejus natura nihilominus latet. Et hoc Aristotelis maximum est vitium, quod semper a fine argumentatur. 2^o Omnes Dei fines nos latent, et temerarium est in eos involare velle. Non loquor autem hîc de revelatis, sed quâ philosophus eos solùm considero. Sed nos hîc maxime erramus. Concipimus Deum tanquam magnum aliquem hominem, qui hoc et hoc sibi proponit, et eo his et his mediis tendit, quod certe Deo maxime indignum.

P. 55 : ex hoc ipso quod ejus ideam formare possim...

Nam cùm ex Dei ideâ sciam, Deum esse ens perfectissimum, et cui omnes absolutæ perfectiones conveniunt, non debeo ipsi tribuere quicquam, nisi quod absolute perfectum esse novi; et quicquid ut tale formare possum et ut absolute perfectam perfectionem concipere, illud novi, eo ipso quia id formare possum, ad Dei naturam pertinere.

[P. 55] : non tamen in se formaliter...

[0]. — Sed et sic intelligere est intelligere, et sic nec differet noster intellectus ab intellectu Dei, etiamsi illius ad plura se extendat.

R. — Sed r(espondet) intelligere non est intelligere, cùm hoc dependeat ab objecto et ab eo separari non possit; nostrum autem intelligere non solùm se non extendit ad tam multa quàm intelligere Dei, sed et in se maxime imperfectum est; est enim obscurum et cùm ignoratione conjunctum, etc.

[0]. — Sed et sic nostrum velle est imperfectum: nam modo volumus, modo non, modo habemus volitionem, modo velleitatem, cùm perfecte non volumus.

R. — Verùm hoc non arguit imperfectionem in nostro velle, sed tantùm inconstantiam volitionis; interim velle est semper æque perfectum, et illa fluctuatio oritur a judicio, quia non bene judicamus.

[0]. — Sed ipsum judicium est opus voluntatis.

R. — Est quidem opus voluntatis, et quâ tale est perfectum : omnis autem imperfectio quâ laborat redundat ex ignoratione intellectûs, quæ si esset sublata, etiam auferretur fluctuatio, et iudicium esset constans et perfectum. Sed male de hisce ita disputatur ; descendat modo unusquisque in semetipsum et experiatur annon perfectam et absolutam habeat voluntatem, et an possit quicquam concipere quod ¹ voluntatis libertate se antecellat. Nemo sane aliter experturus est. In eo igitur major est voluntas intellectu et Deo similior.

P. 61 : possum tamen illo altero...

[0]. — Sed cur etiam non possem idem in prosecutione boni et mali? Cur non in rebus supernaturalibus, cum etiam ² pendeant ³ a voluntate, quæ sui juris semper est et indifferens?

R. — Hoc Theologis explicandum relinquendum ; sufficit modo Philosophus hominem consideret, prout in naturalibus sui juris ⁴ est ; et ego ita scripsi meam philosophiam, ut ubique recipi possit, vel etiam apud Turcas, ne ulli offendiculo sim. Jam autem nos intime conscii sumus nostræ libertatis, et nos ita posse cohibere assensum, cum volumus. In bono autem et malo, cum voluntas ad utrumque est indifferens, jam est in vitio, cum solum bonum sine indifferentiâ ullâ appetere debeat, secus quam in theoreticis. Quantum ad supernaturalia, in iis nos corruptos esse docent Theologi per peccatum originale, et ut apti ⁵ simus opus est gratiâ, quâ bonum illud cognoscamus, et sic appetamus. Peccata enim fluunt fere ex ignorantia, quia nemo malum quâ malum appetere potest. Sic ⁶ Deus nobis gratiam fecit, cum bonis nostris operibus, quæ aliàs nihilominus præstare tenemur, pollicitus sit vitam æternam, de quâ nemo cogitasset aut ad eam unquam aspirasset. Corrupta autem dici potest voluntas per affectus.

P. 479 : cujus idea in intellectu divino prius fuerit...

[0]. — Sed unde igitur illæ ideæ rerum possibilium, quæ voluntatem antecedunt?

1. *Après quod] in ajouté (MS.). etiam]. — 2. MS. : signe abrégatif. Peut-être non ? — 3. MS. : pendent. — 4. sui juris est une conjec-*

ture. MS. : suis jam. — 5. MS. : apti. Conjecture : salvi ? — 6. Peut-être Sed ?

R. — Et illa et omnia alia pendent a Deo; illius enim voluntas non solum est causa rerum actualium et futurarum, sed etiam possibilium et naturarum simplicium, nec quicquam fingi potest aut debet quod non a Deo pendere dicamus.

[0]. — Sed an ergo potuisset Deus imperare creaturæ ut se odisset, et hoc bonum ita instituisse?

R. — Jam non potest; sed quid potuerit, nescimus; et quidni creaturæ hoc imperare potuisset?

MEDIT. V.

P. 64: ut patet ex eo...

[0]. — Sed sic nec chimæra erit ens fictum, cum etiam de eâ varias proprietates demonstrare queam.

R. — Quicquid distincte et clare in chimæra concipi potest, illud est ens verum; nec est fictum, quia habet veram et intellectualem¹ essentiam; et illa essentia tam a Deo est, quam actualis aliarum rerum. Dicitur autem tum ens fictum, cum nos illud existere suponimus. Sic etiam omnes demonstrationes Mathematicorum versantur circa vera entia et objecta, et sic totum et universum Matheos objectum, et quicquid illa in eo considerat, est verum et reale ens, et habet veram ac realem naturam, non minus quam objectum ipsius Physices. Sed differentia in eo solum est, quod Physica considerat objectum suum < non solum tanquam >² verum et reale ens sed tanquam actu et quâ tale existens, Mathesis autem solum quâ possibile, et quod in spatio actu quidem non existit, at existere tamen potest. Notandum autem hîc est nos loqui de clarâ perceptione, non imaginatione; quamvis enim quàm clarissime imaginemur caput leonis adjunctum corpori capræ et similia³, non tamen inde sequitur ea existere, quoniam non clare percipimus velut⁴ nexum illum qui inter illa est; ut clare video⁵ Petrum stantem, sed non video clare stare contineri et connexum esse cum Petro. Claris autem perceptionibus si adsueti simus, nihil falsi concipiemus; an autem illæ claræ sint, necne, ex propriâ conscientia optime sciemus, et huc conferunt illæ omnes rerum < dilucidationes >⁶ quas auctor PRINCIP. I recensuit, quas novisse plurimum juvat.

1. intellectualem] immutabilem?
— 2. *Manque dans le MS.* — 3 et
similia, *signe abrégatif* (MS.).

— 4. velut, *id.* — 5. video] *ideo.*
— 6. *Manque dans le MS.*

P. 68-[69] : non possum duos aut plures ejusmodi Deos intelligere...

[0]. — Sed cur non, cùm tamen Dii erunt ?

R. — Imo Dii non erunt¹, cùm Deus tale quid dicat quod omnes omnino perfectiones in se comprehendit.

[0]. — Sed hoc verum est de Deo specificative, ut ita dicam, sumto, non verò individualiter, cùm unus non excluderet ita alium; ut una mens habet omnes perfectiones mentis, et tamen non excludit aliam mentem.

[R]. — Sed alia ratio est; mens enim non dicit omnes omnino perfectiones, ut Deus; et ideo illæ solùm in uno esse possunt. Si enim essent plures, non esset Deus, quia non essent summi, estque contradictio. Non repugnat autem tres esse personas, quia eadem est essentia, suntque unus Deus.

P. 169 : nec in ullâ re...

[0]. — Sed ideæ nostræ pendent a rebus; si ergo in iis sit contradictio, etiam in rebus erit.

R. — Ideæ pendent quidem a rebus, quatenus eas repræsentant; sed interim non est in rebus contradictio, sed in solis ideis nostris, quia ideas solas ita jungimus ut sibi repugnent. Non autem repugnant sibi invicem res, quia omnes existere possunt, et sic una non repugnat alii; in ideis autem contra fit, quia in iis res diversas, et quæ sibi non repugnant seorsim, jungimus, et ex iis unam efficimus, et sic contradictio oritur.

P. 169 : nec ulla unquam in claris et distinctis esse potest...

[0]. — Sed cur non in claris quæ sibimet invicem repugnant, ut, exempli gratiâ, idea entis finiti et infiniti, cùm simul combinantur ?

R. — Imo etiam si illæ ideæ seorsim claræ sint, non tamen conjunctæ sunt claræ; et sic obscurissimam habes ideam, quia illam conjunctionem et unitatem, non clare, sed obscurissime concipis.

P. 445 : ac proinde...

[0]. — Sed ex imperfecto illo triangulo effingis perfectum.

1. erunt ou essent ? (MS.)

[R]. — Verùm cur illud imperfectum mihi potius exhibet ideam perfecti trianguli, quàm suū ipsius?

[O]. — Exhibet utrumque, sed prius seipsum, et tum ex se perfectum, quia illud inde deducis.

[R]. — Sed hoc esse non potest; non possem enim concipere imperfectum triangulum, nisi in me esset idea perfecti, quia illud est hujus negatio; et ideo, viso triangulo, concipio perfectum, ex cujus comparatione deinceps illud quod video imperfectum esse animadverto.

MEDIT. VI.

P. 73 : illas existere...

Scilicet corpus meum, quo in imaginando utor.

P. 74 : quamvis illa < a me > abesset...

Tunc essem sicut angeli, qui non imaginantur.

[*P. 74*] : *ad illud velut inspiciendum...*

[O]. — Quid *illud inspicere* est? an intelligere? si ita, cur ergo ab eo distinctum ponitur? si non, ergo mens plus est quàm res intelligens seu cogitans, et sic ante corpus habet potentiam inspiciendi corpus; vel an resultat in mente ex unione ejus cum corpore?

R. — *P. 81* : est specialis quidam modus cogitandi, qui ita fit. Quando objecta externa agunt in sensus meos, et in iis pingunt suū ideam seu potius figuram, tum mens, quando ad eas imagines quæ in glandulâ inde pinguntur advertit, *sentire* dicitur; cùm verò illæ imagines in glandulâ non pinguntur ab ipsis rebus externis, sed ab ipsâ mente, quæ, rebus externis absentibus, eas in cerebro effingit et format, tum *imaginatio* est; adeo ut differentia imaginationis et sensûs consistat in eo tantùm, quod in hoc imagines pinguntur ab objectis externis, iisque præsentibus, in illâ autem a mente sine objectis externis et tanquam clausis fenestris. Hinc jam clare patet, cur possim imaginari triangulum, pentangulum et similia¹, non autem ita chiliogonum, etc. Cùm enim mens facile possit tres lineas formare in cerebro et eas depingere, potest facile illas tum inspicere, et sic imaginari triangulum, pentangulum et similia¹. Cùm autem non ita possit mille lineolas ducere et formare in cerebro, sed con-

1. et similia, *interprétation d'un signe abrégatif du MS.*

fuse solùm, hinc etiam non imaginatur distincte chiliogonum, sed solùm confuse; et hoc ita procedit, ut difficillime possimus vel septangulum aut octogonum imaginari. Auctor qui satis imaginativus est, et ingenium suum diu in eo exercuit, potest satis distincte ea imaginari; alii verò non ita possunt. Et hinc jam etiam patet quomodo illas lineoleas tanquam præsentem intueamur, quomodo singulari animi contentione opus sit ad imaginandum, et corpus ita inspicendum. Hæc enim ex dictis manifesta sunt.

P. 80 : Et primo quoniam...

Non potest quæri an mens sit substantia, an verò modus, aut dici illam utrumque esse posse, quia hæc est contradictio; et si unum sit, non est aliud. Sed quæri posset, cum sit attributum cogitare et cogitatio, cui substantiæ illud conveniat? an corporeæ? an verò incorporeæ et spirituali? Tum autem responsio clara est: cum enim concipias clare substantiam corpoream et clare etiam concipias substantiam cogitantem distinctam a substantiâ corporeâ, quæque illam negat, ut illa negat substantiam cogitantem, ageres certe contra tuam intellectionem et perquam absurde, si illa duo diceres esse eandem substantiam, quæ tanquam duas substantias, quarum una non solùm non involvit alteram, sed etiam negat, clare concipis.

P. 84 : acutissime esse conjunctum et quasi permixtum...

[0]. — Sed quomodo hoc fieri potest, et quomodo anima affici potest a corpore et vicissim, cum sint diversæ plane naturæ?

R. — Hoc explicatu difficillimum; sed sufficit hîc experientia, quæ hîc adeo clara est, ut negari nullo modo possit, ut illud in passionibus etc. apparet.

P. 94 : longe melius est...

[0]. — Sed si ea sit naturalis constitutio sensuum nostrorum, cur Deus hunc defectum non supplevit in animâ, dando illi cognitionem illorum errorum, ut eos caveret?

R. — Deus corpus nostrum fabricavit ut machinam, et voluit illud agere ut instrumentum universale, quod semper operaretur eodem modo juxta leges suas. Et hinc cum bene est dispositum, dat animæ cognitionem rectam; cum male, nihilominus tamen juxta leges suas ita afficit animam, ut inde resultare debeat talis cognitio

a quâ illa decipiatur; quam si non suppedicaret corpus, non ageret æqualiter et juxta lèges suas universales, essetque in Deo defectus constantiæ, quod¹ illud non permetteret æqualiter agere, cùm æquales agendi modi et leges adsint².

P. 480 : Nullâ cum profunditate spectatur...

Ut Mathematici superficiem concipiunt, quæ constat ex multis lineis sine profunditate : sic vocamus, exempli gratiâ, hos asseres planos, cùm nullam in iis profunditatem spectamus.

P. 481 : quorum extremitates sunt simul...³

[0]. — Hæc non dicuntur secundùm rei veritatem, nam sic una solùm est extremitas, quæ utriusque est communis, sed secundùm vulgarem dicendi modum, quo in Scholis ea dicuntur contigua, quorum extremitates sunt simul. Si igitur extremitates sint simul, seu, ut nos dicimus, si sit una extremitas utriusque, an tum sunt contigua aut continua? Videntur continua, cùm nihil amplius ad continuum requiri posse videatur, quàm ut duo corpora eandem extremitatem habeant. Si autem sint continua, quomodo erunt contigua? an ea quibus interjacet aliud corpus? At ea ne talia quidem sunt.

R. — Quomodo alii ea definiant, mihi perinde est; ego voco ea continua, cùm superficies duorum corporum sibi immediate ita junctæ sunt, ut ambo uno et eodem motu moveantur aut ambo simul quiescant; quæ autem aliter se habent contigua sunt.

Ad Medit. V, p. 125 : quia sumus assueti...

[0]. — Sed an recte? an ergo essentia est ante existentiam, et Deus producendo res nihil produxit nisi existentiam?

R. — Recte nos illa duo cogitatione nostrâ separamus, quia concipere possumus < essentiam >⁴ sine actuali existentia, ut rosam in hieme; sed tamen reipsâ separari non possunt, ut solent distinguui, quia essentia ante existentiam non fuit, cùm existentia nihil sit aliud quàm essentia existens, ut proinde unum altero non prius, nec ab eo diversum aut distinctum.

1. quod] quo (MS.). — 2. adsint] adsunt (Ib.). — 3. Cf. ARISTOTE, *Phys.*, l. VI : Συνεχῆ μὲν, ὧν τὰ

ἔσχατα ἓν, ἀπτόμενα δέ, ὧν ἅμα, ἐφεξῆς δέ, ὧν μηδὲν μεταξύ συγγενές. — 4. < essentiam > manque (MS.).

Observandum, non adeo incumbendum esse meditationibus, nec rebus metaphysicis, nec eas commentariis et similibus¹ elaborandas; multo minus altius repetendas quam author fecit, ut quidam id tentant, nam ipse satis alte eas exorsus est. Sed sufficere semel in genere hæc novisse, et tum² recordari conclusionem; aliàs nimis abstrahunt mentem a rebus physicis et sensibilibus, et faciunt eam ineptam ad illas considerandas, quod tamen maxime optandum ut homines facerent, quia inde utilitas ad vitam redundaret. Ipse autem satis est persecutus res metaphysicas in MEDITATIONIBUS contra Scepticos etc., et adstruxit earum certitudinem, sic ut id omnes tentare et aggredi non debeant, aut meditando diu se vexare in eis rebus opus habent³; sed sufficit nosse primum PRINCIPIORUM librum, in quo continentur ea quæ ex Metaphysicis ad Physica etc. scitu sunt necessaria.

[0]. — In Resp. ad Rog. p. 42, dicit author a sensis nullas rerum ideas prout eas cogitatione formamus exhiberi, sed omnes innatas esse. Sed an ergo mysterium Trinitatis etc. sunt innata?

R. — Non dicit sibi omnes ideas esse innatas, sed quasdam etiam esse adventitias, ut quid sit urbs Lugdunensis, Alcmaria, etc. 2º Etiam si illa idea tam expresse, ut nobis Trinitatem repræsentet, innata non sit, ejus tamen elementa et rudimenta nobis innata sunt, ut habemus ideam Dei, numeri ternarii, *et similibus*, innatam, ex quibus facile, accedente ex Scripturâ revelatione, plenam mysterii Trinitatis ideam formamus, et illud sic formatum concipimus.

PRINCIPIA PHILOSOPHIÆ.

Art. 23 : *ita ut per unicam...*

LIB. I.

Quomodo id fiat, concipere non possumus; sed id solùm intelligimus. Quod autem aliter concipiamus, inde oritur, quia Deum tanquam hominem consideramus, qui per multas et diversas actiones, ut nos, omnia efficit. Sed si bene advertamus ad naturam Dei, videbimus nos eum aliter intelligere non posse, quam ut per unicam actionem omnia efficiat.

[0]. — Videtur autem id esse non posse, cùm aliqua Dei decreta

1. et similibus. *Abréviation* (MS.). *jecture* : habeant, ou même non
— 2. *Peut-être* tantùm? — 3. *Con-* habeant, *comme* non debeant?

possimus concipere tanquam non facta et mutabilia, quæ ergo unicâ Dei actione < non fiant et >¹ ipse Deus non sint, cum ab eo separari possint² aut saltem potuerint, ut, exempli gratiâ, decretum de creando mundo *et similia*, ad quod plane indifferens fuit.

R. — Quicquid in Deo est, non est realiter diversum a Deo ipso, imo est ipse Deus. Quantum autem ad ipsa Dei decreta quæ jam facta sunt attinet, in iis Deus est plane immutabilis, nec metaphysice id aliter concipi potest. Quantum autem ad ethicam et religionem attinet, in eâ invaluit illa opinio Deum esse mutabilem, propter preces hominum; nemo enim Deum precatus esset, si sciret aut sibi persuaderet eum esse immutabilem. Ut autem illa difficultas tollatur, et Dei immutabilitas cum hominum precibus reconcilietur, dicendum est Deum esse quidem plane immutabilem, et ab æterno decrevisse hoc quod peto se mihi daturum aut non daturum, sed tamen ita decrevisse, ut simul decreverit hoc mihi dare per meas preces, et me simul precante et bene vivente, adeo ut mihi precandum et bene vivendum sit, si quid a Deo obtinere velim. Et ita quidem id ethice se habet, in quo author examinans rei veritatem vidit se convenire cum Gomaristis, et non cum Arminianis, nec etiam cum Jesuitis inter suos. Metaphysice autem id aliter intelligi non potest, quàm Deum esse plane immutabilem. Nec refert illa decreta a Deo separari potuisse; hoc enim vix dici debet: quamvis enim Deus ad omnia indifferens sit, necessario tamen ita decrevit, quia necessario optimum voluit, quamvis suâ voluntate id optimum fecerit; non deberet hic sejungi necessitas et indifferentia in Dei decretis, et quamvis maxime indifferenter egerit, simul tamen maxime necessario egit. Tum etiamsi concipiamus illa decreta a Deo separari potuisse, hoc³ tamen tantum concipimus in signo et momento rationis; quod mentalem quidem distinctionem decretorum Dei ab ipso Deo infert, sed non realem, adeo ut reipsâ illa decreta a Deo separari non potuerint, nec eo posteriora aut ab eo distincta sint, nec Deus sine illis esse potuerit: adeo ut satis tamen pateat, quomodo Deus unicâ actione omnia efficiat. Sed hæc nostris ratiociniis noscenda non sunt, et nunquam tantum nobis indulgere aut permittere debemus, ut Dei naturam et operationes nostræ rationi subjiciamus.

1. Manque dans le MS. — 2. non ajouté (à tort) avant possint (MS.). — 3. hoc conjecture] non (MS.).

Art. 26 : *indefinitum...*

[0]. — Distinctio illa ab auctore primùm est inventa. Sed dicit aliquis : quomodo se habet mundus? annon habet certos limites? an potest quicquam existere actu et singulariter, quod non habeat determinatam naturam et limites? et sic etiam de numero, quanto, etc.

R. — Quod ad nos attinet, nos non possumus unquam in illis terminum aliquem invenire, et sic nostrî respectu sunt indefinita, quin etiam forsitan infinita, nam indefinitum semper et semper multiplicatum, ut hîc fit, est ipsum infinitum. Et sic forsitan dicere possumus mundum esse infinitum; sic etiam de numero, etc. Sed quantum ad Deum attinet, forsitan illé concipit et intelligit certos limites in mundo, numero, quanto, et intelligit majus quid quàm mundus, numerus, etc.; et sic hæc illi erunt finita. Ibi¹ quod attinet, videmus earum rerum naturam nostras vires superare, et nos qua² finiti sumus, illa comprehendere non posse, et sic nostrî respectu indefinita aut infinita sunt.

Art. 48 : *tanquam etiam^a æternas veritates...*

[0]. — Sed ubi manent contingentes, ut canis currit, etc.?

R. — Per æternas veritates hîc intelligit auctor eas, quæ communes notiones vocantur, ut *impossibile*^b et similia. Quantum ad veritates contingentes, eæ pertinent ad res existentes quas involvunt, ut ab illis etiam involvuntur.

Art. 1 : *clare videre nobis videmur...*

LIB. II.

[0]. — Sed cur « videmur », dubitationis signum?

R. — Hoc ideo positum, quia quisquam forsitan negare posset nos illud videre. Sed tamen hoc ipsum videri sufficit ad demonstrationem hanc; cùm enim sit opus mentis et conscientiae, illud videre ultimo debet resolvi in nostrum videri, et illud videri reipsâ res materiales a quibus ideæ illæ proveniant exigit.

1. Ibi *leçon douteuse*. Il faudrait, ce semble, Nos ou Ad nos. — 2. qua] peut-être quia ou qui?

a. Ce mot *etiam* manque dans le texte des *Principia*.

b. C'est le premier mot de l'axiome *impossibile est idem esse et non esse*.

Art. 26 : *aquæ ab eo sublevatæ gravitas et ejusdem lentor...*

Hoc semper videmus, cùm navis aliqua navigat, ab ejus lateribus aquam sublevari et altius quàm reliqua supra sese congregari ; quæ ita congregata, quia gravis est, manet, et ita posset navem sistere, nisi pellatur. Quid lentor sit, satis notum est.

Art. 32 : *sæpe sit valde contorta...*

Est scilicet valde contorta, quia continuo movetur per multos circulos, cùm rota movetur circa axem, eosque non simplices et perfectos, sed progredientes continuo et sic compositos et contortos : et hinc jam intelligi possunt reliqua illa sub finem.

Art. 46 : *Prima.*

Illas leges, quia de earum obscuritate multi querebantur, dilucidavit et explicavit auctor paululùm in Principiis Gallicis.

LIB. III.

Art. 2 : *propter nos solos...*

Et nihilominus hæc est usitata consuetudo hominum, qui ipsi putant se Deo carissimos esse, et ideo propter se omnia facta esse : suam habitationem, terram, omnia antecedere, omnia in illâ esse et propter illam facta esse. Sed quid nos scimus, quod Deus extra hanc terram in stellis, etc., non produxerit ? Quid scimus annon alias creaturas specificè distinctas, alias vitas, et, ut ita dicam, homines, aut saltem homini analogos in iis posuerit ? Forsan in illis possunt vivere animæ separatæ aut aliæ creaturæ, quarum natura nos fugit. Et quid scimus annon Deus infinitas creaturarum species produxerit, et ita potentiam suam quasi effuderit in rerum creatione ? Nos certe hæc omnia plane latent, quia nos Dei fines latent, ideoque non debemus de nobis tam magnifice sentire, quasi omnia apud nos et propter nos essent, cùm forsan infinitæ aliæ creaturæ nobis longe meliores alibi existant.

Art. 45 : *creatus cum omni sua perfectione...*

Mundi creationem satis ex suâ philosophiâ, prout illa in Genesi

(quem librum, ut et Canticum et Apocalypsin, si quis auctori explicet, magnus ipsi erit Apollo) describitur, auctor explicare posset; et jam olim aliquando id facere aggressus fuit^a, sed studia reliquit et destitit, quia id Theologis relinquere volebat, ideoque ipse explicare nolebat. Quantum autem ad Genesin attinet, forsan illa creationis narratio, quæ ibi habetur, est metaphórica, ideoque Theologis relinquenda; nec tum sumi debet creatio tanquam sex diebus distincta, sed tantum hoc ob nostrum concipiendi modum ita distingui dici¹ debet, quemadmodum Augustinus per cogitationes Angelicas illa distinxit. Cur enim dicitur tenebras præcessisse lucem? Quod autem ad aquas diluvii attinet, eæ supernaturales et miraculosæ procul dubio fuere. Quod etiam de cataractis abyssi dicitur, metaphoricum est; quæ metaphora nos latet. Quidam eas ex cælo deducunt, in quo aquas locatas fuisse ex creatione probant, quia Deus dicitur aquas supra הַשָּׁמַיִם locasse^b. Sed הַשָּׁמַיִם apud Hebræos usitatissime etiam aerem denotat, idque (ni fallor) ex nostris præjudiciis, quibus illum pro cælo habemus. Igitur aquæ supra aerem collocatæ sunt nubes. Habent et aliam vocem, quæ aerem denotant, scilicet הָאָרֶץ^c.

1. dici conjecture pour dies, leçon douteuse.

a. Cf. ci-avant t. IV, p. 700-701, *éclaircissement*. Il ne reste rien que ces deux textes de la tentative de Descartes pour montrer l'accord de sa philosophie avec le premier chapitre de la Genèse. Plus tard elle fut reprise dans les deux ouvrages suivants :

1° « Copie d'une Lettre écrite à un sçavant Religieux de la Compagnie de Jesus, pour montrer : I Que le Systeme de Monsieur Descartes et son opinion touchant les bestes, n'ont rien de dangereux. II Et que tout ce qu'il en a écrit semble estre tiré du premier Chapitre de la Genese », pet. in-12 de 67 pages, publié en 1668, sans lieu ni nom d'imprimeur; la lettre est signée à la fin : « A. P. D. L. F. De Paris, le 5^e Novembre 1667. » L'auteur serait Cordemoy, et le destinataire, le P. Cossart.

2° « Cartesius Mosaiçans, seu Evidens et facilis conciliatio Philosophiæ Cartesii cum historiâ Creationis primo capite Geneseos per Mosem traditâ. Authore JOHANNES AMERPOEL Groningâ-Frisio. (Leovardiæ, Pro Hæredibus Thomæ Luyrtsma, 1669.) » Petit in-12, pp. 277.

b. Ce mot hébreu (*haschâmaïm* = הַשָּׁמַיִם) signifie seulement *le ciel* et non point *l'air*, sinon, tout au plus, lorsqu'on dit : les oiseaux volent au ciel, ou en l'air. L'explication qui suit, pour les passages de la Genèse en question (I, 6-8, et VII, 11), repose donc sur une assertion qui n'est pas conforme au véritable usage de la langue hébraïque.

c. Ce second mot hébreu, *hâ âretz*, n'a jamais signifié que « la Terre »,

Art. 46 : *motusque habent aliquo modo circulares...*

[0]. — Sed ubi hoc suppositum aut probatum?

R. — Lib. 2, ubi author docuit omnem motum esse quodammodo circularem.

[Art. 46] : *magnitudine mediocres...*

Vocat mediocres in ordine ad primum elementum, quamvis sint adeo exiles, ut sensus nostros ex centesimâ parte aut ulterius effugiant; et vocat medias, quia inter primum et tertium elementum mediæ sunt.

[Art. 46] : *circa alia quædam puncta...*

[0]. — Sed hæc hypothesis composita paulo videtur satis simplex¹, REGIUS que illam videtur ex motu deducere.

R. — Est certe satis simplex, quin et simplicissima, si attendamus ad infinita illa, quæ ex illâ deducuntur: quid enim simplicius fingi potest quàm corpus fluidum, qualis est omnis materia hæc, moveri diversis vorticibus, cum ea sit corporis fluidi natura, ut per <vortices> et in vorticibus moveatur? REGIUS autem quod attinet, ejusdem demonstratio nulla est; et quod mirum, in physicis ille semper auctoris opiniones, etiam ubi eas nesciebat, sequi et conjicere studuit, in metaphysicis autem auctori, quantum potuit et ejus opinionès novit, contradixit. Auctoris autem hypothesis hæc valde est simplex, si ad ea quæ inde deduxit attendamus, quæ certe infinita fere sunt, et illam satis illa connexio et deductio probat. Nam ex eâ author postea se vel omnia deducere posse animadvertit, et coràm Deo jurare vult, cum has hypotheses poneret, se de reliquis, ut igne, magnete, etc., non cogitasse; quæ tamen postea ex iis pulcherrime explicari posse vidit. Quin etiam in ipso ANIMALIS TRACTATU^a, in quo hoc hieme laboravit, id animadvertit: cum enim

1. *Conjecture*: <quæ> paulo composita videtur, <est> satis simplex.

et son introduction en cet endroit ne peut résulter que d'une erreur assez peu explicable. En fait, il n'y a, dans l'ancienne langue hébraïque, aucun mot qui corresponde à celui d'*air*, et pour désigner cet élément, les Rabbin ont dû emprunter le terme grec sous la forme אַוֵּיר (aver) ou, avec l'article, אַוֵּירִי. Est-ce ce mot qu'il faudrait restituer ici?

a. Voir ci-avant, p. 112, l. 14-25.

solùm animalis funciones explicare vellet, vidit se id facere vix posse sine eo quod animalis conformationem ab ovo explicare necesse haberet, quàm ex suis principiis ita sequi advertit, ut rationem cur oculus, nasus, cerebrum, etc., essent, dare posset; et plane perspexit naturam rerum ex suis principiis ita constitutam esse, ut aliter non posset. Quæ omnia quia persequi tam fuse nolebat, ideo illum tractatum scribere supersedit. Fatetur autem se illas cogitationes paucas, quas de mundo habuit summâ cum voluptate reminisci, maximique æstimare, nec cum ullis aliis alterius materiæ commutare velle.

Art. 50 : *quia quo minima*...

Hoc mathematicum est. Debet autem intelligi de corporibus eandem figuram habentibus, ut si ambo sint spherica, *et similia*; aliàs enim comparatio non valet. Vid. p. 160^b.

[Art. 50] : *dividuntur vero secundum molem*...

Non debet excludi superficies, cum moles absque eâ non sit, ut nec illa absque mole; sed hîc solùm ratio formalis uniuscujusque assignatur.

Art. 53 : *pro tertio*...

Tertium hoc auctor pro cœlo empyreo habet, statuitque respectu secundi, multo magis nostri, esse immensum. Quod autem nos nostrum cœlum et nostram terram tam magna concipiamus et omnia continentem^c, ortum est ex præjudiciis : spectamus enim eam ut omnium finem, et non cogitamus æque illum^d esse planetam, quique similiter moveatur ac Mars, Saturnus, etc., quæ corpora tanti non facimus. Ante autem mundi hujus et spatii creationem nihil erat, nec spatium erat, nec quicquam, et tamen Deus immensus et omnipræsens, æque ac jam est, erat; erat enim in sese; postquam autem creaturam creavit, non potuit non ei præsens esse.

a. Lire *minora*, comme dans le texte des *Principia*.

b. Voir fin de l'art. 122 et commencement de l'art. 123, III^e partie des *Principes*.

c. Le texte paraît corrompu.

d. Lire *illam*.

Art. 63 : *sed tantummodo in pressione...*

Ea potest fieri absque motu : ut si nos instrumentum aliquod ferreum, aut ferrum lignumve, ita ab utrâque parte premamus nostris manibus, ut nullus tamen producat motus, quia scilicet ab utrâque parte æqualiter premitur, et æqualis est resistentia ; sic et hîc contingit. Materia secundi elementi premitur ad oculum nostrum ; quia autem in illo est resistentia, premit ille vicissim materiam illam ; et sic utrinque premitur, sine tamen motu ullo. Quamvis homines jam naturam luminis ita explicatam acceptare nolint, videbunt tamen satis post 150 annos eam bonam et veram esse.

Art. 66.

Figura hæc intelligi vix potest sine ope 8 aut circiter globulorum, quibus motus ille demonstratur, et quamvis auctor ingenium suum imaginationi adeo adsuefecisset, vix tamen ea sine globulis concipere poterat. Multo igitur difficilius alii, quia hæc a mathesi et mechanicâ pendent, et melius oculari demonstratione quàm verbali explicatione demonstrari queunt.

Art. 68 : *non esse inter se æquales...*

[0]. — Sed forsân sunt æquales ; videntur autem inæquales, quia inæqualiter a se invicem distant.

R. — Imo eo ipso sunt inæquales magnitudine ; inæqualis enim distantia stellarum pendet ab inæqualitate vorticum ipsas ambientium, quæ ideo magnitudine inæquales sunt.

Art. 83 : *angustius e regione centri...*

Ut in figura p. 78 patet materiam, inter S et F centrum vicini vorticis contentam, arctari angustiori spatio, quàm illam quæ continetur inter S et E et F, quia scilicet ab S et F arctatur et compingitur, quæ sibi mutuo adjacent, ab S et E et F autem non ita compingitur, quia spatium ibi est liberum, et nihil est quod eam constringat aut compingat.

Art. 144 : *ut enim videmus turbinem...*

Comparatio hæc satis clara est. Ut enim turbo ille semper perseveraret in suo motu nisi ab aere ambiente impediretur, et quia parvus est, ideo etiam solùm per exiguum tempus, scilicet aliquot minuta, resistit : sic illæ stellæ semper perseverarent in suo motu, nisi a corporibus vicinis impedirentur. Quia autem sunt corpora valde magna, ideo facilius aeri ambienti aut aliis corporibus resistunt, idque per aliquot annorum millia. Quo enim corpus est majus, eo facilius motum continuat, et aliis corporibus resistit : ut testatur auctor se vidisse turbinem pueri cujusdam majorem, qui per horæ quadrantem fere movebatur, idque ideo quia magnus erat. Sic etiam stellæ. Turbinem autem aeri resistere patet inde, quod si propius te ei admoveas, animadvertes ventum, qui ab illâ turbinis resistentiâ et motu aeris quem ei imprimit, producitur.

Art. 150 : *ipsamque impellit...*

Interne scilicet quatenus eam per partes movet, eodem modo ut videmus ventum vesicam impellere et movere ejus partes, cùm semel illi immittitur.

Art. 50 : *plus habent superficiei...*

Hoc patet in divisione cubi. Si enim, exempli gratiâ, sumamus cubum, qui constat superficibus sex, et dividamus illum in 4 partes, habebimus superficies multo plures : sc. longe plus multiplicantur ab omni parte¹.

Art. 23 : *talis propensio non sit tanta...*

LIB. IV.

[0]. — Sed quo solidius, eo majori vi recedit a centro, ut in lapide constat etiam fundæ, qui celerius movetur quàm lignum : sed corpora terrestria sunt² solidiora ; ergo...

R. — Retorqueo. [1°] Corpora enim terrestria non sunt solidiora globulis cœlestibus, cùm hi sint solidiores corporibus terrestribus,

1. MS. (sans ponctuation) : ...superficies multo plures multo plures sc. longe plus multiplicatur ab omni

parte. — 2. sunt conjecture pour simul (MS.).

aut ad minimum æque solidi, et sic celerius illis moventur. 2° Hi globuli moventur longe celerius quàm ipsa corpora terrestria; sunt enim minora, et ipsa terra est magnum corpus multis cavitatibus porisque constans, quod ideo facile motum perdit aliique corpori communicat, sic ut tam celeriter moveri non possit quàm hi globuli; et sic hi globuli terrestribus corporibus celerius moti ea detrudunt et gravia faciunt.

Art. 27 : *in æquipondio consistere...*

Ita consistit universum totum in æquipondio. Sed hoc difficilimum conceptu est, quia mathematicum et mechanicum est; nos autem machinas non satis assueti sumus considerare, et hinc omnis fere error in philosophiâ exorsus est. Licet tamen illam conspirationem videre in vento vel acre vesicæ immisso, qui similiter conspirat ad vesicam inflandam motusque in eâ producendos, et tanquam in æquipondio consistit, etiamsi diversis motibus ejus partes agitentur.

Art. 33 : *in tria præcipuâ genera.*

[0]. — Sed unde constant hæc tria genera nobis?

R. — Per ratiocinationem et deinceps etiam per experientiam, quæ rationem confirmat; videmus enim omnia terrestria corpora ex illis figuris constare: aqua enim constat oblongis, oleum ramosis, etc.

Art. 125 : *supra aliud oblique ducitur...*

[0]. — Sed et tum secundùm lineam rectam sibi invicem occurrunt, quamvis solùm quoad aliam partem; et quæ est ratio, quomodo duo corpora juxta se quiescentia tam firmiter sibi adhæreant, cum utrumque facile moveri et sic separari possit?

R. — Cum ducuntur et moventur secundùm lineas rectas, non impelluntur globuli secundi elementi inter illa intercepti; cum ergo oblique moventur et hinc inde (scilicet ξ , sic enim primo movetur vitrum celerrime hinc inde, cum calet, deinde remissius cum frigere incipit, et denique quiescit cum friget), possunt expellere illos globulos et sic sibi invicem jungi, et ita unum corpus continuum efficere; quid autem corpus continuum et immobile efficiat præter quietem, concipi non potest.

[0]. — Sed possem facile meâ manu tam parvas partes movere, quas jam video¹ immobiles esse.

R. — Si hoc posses, motusque tuæ manûs earum quietem superaret, non essent immobiles. Sed quomodo hoc fieri non possit, quomodoque pars tuæ manûs eas corporis duri partes contingens eis mollior sit, et proinde eas movere non possit, satis in secundo libro < Art. 63 >² ostensum est. Ex hisce autem principiis natura vitri, quæ alias tam difficilis est, facillima fit.

EX DISSERTATIONE DE METHODO.

P. 1 : *abundare se putat...*^a

[0]. — Sed multi homines obtusi ingenium exoptant sæpe melius et præstantius.

R. — Fateor; multi sunt, qui agnoscunt se deficere ab aliis ingenio, memoriâ, etc. Sed tamen unusquisque putat ita se excellere iudicio, sententiam ferendi aptitudine, ut omnibus aliis in eâ re æqualis sit. Nam omnibus arrident suæ sententiæ, et quot capita tot sensus. Et hoc per bonam mentem hic intelligit auctor.

P. 15 : *ad logicam...*^b

Ea potius est Dialectica, cùm doceat nos de omnibus rebus disserere, quàm Logica, quæ de omnibus rebus demonstrationes dat. Et sic bonam mentem magis evertit quàm adstruit; nam dum nos divertit et digredi facit in hos locos communes et capita, quæ rei externa sunt, divertit nos ab ipsâ rei naturâ. In eâ autem valde exercitatus est Dn. Voetius, qui < nihil >³ in libris suis habet, nisi quod ferat sententias, seu constituat decreta, asserendo « hoc ita et ita est », et quod multa testimonia conglomeret.

1. après video] adeo (MS.), *additive*. — 2. Manque dans le MS. —
dition inutile (ou répétition fautive). — 3. < nihil > manque dans le MS.

a. *Discours de la Méthode*, p. 1, l. 18, de la présente édition.

b. *Ib.*, p. 17, l. 16.

P. 17 : *eodem pacto se mutuo sequi...*^a

[0]. — Sed annon¹ etiam in Theologiâ omnia ita se sequuntur et connexa sunt?

R. — Imo procul dubio; sed nos earum veritatum nexum ita consequi et intelligere non possumus, quia a revelatione dependent. Et certe Theologia nostris ratiociniis, quæ in Mathesi et aliis veritatibus adhibemus, subjicienda non est, cum nos eam capere non possimus; et quanto eam servamus simpliciore, eo meliorem habemus. Et si sciret auctor aliquem ex suâ Philosophiâ ratiocinia deducturum in Theologiâ, et in eum modum suâ Philosophiâ abusurum, eum operæ suæ pœniteret. Possumus quidem et debemus demonstrare Theologicas veritates non repugnare Philosophicis, sed non debemus eas ullo modo examinare. Et per hoc monachi occasionem dederunt omnibus sectis et hæresibus, per suam Theologiam Scholasticam scilicet, quæ ante omnia exterminanda esset. Et quorsum opus tanto molimine, cum videamus idiotas ac rusticos æque cælo potiri posse ac nos? Et hoc certe nos monere deberet, longe satius esse tam simplicem habere Theologiam ac illi, quàm eam multis controversiis vexare, et ita corrumpere, et occasionem dare jurgiis, rixis, bellis, *et similibus*, et præcipue cum hinc adsueverint Theologi adversæ partis² Theologis omnia affingere et calumniari, ut calumniandi artem plane sibi familiarem reddiderint, et vix aliter quàm calumniari, etiam inadvertentes, possint.

[P. 17] : *assuefacerem ingenium meum veritati agnoscendæ...*^b

Ille usus ex Mathesi vulgari hauriri non potest; ea enim constat solâ fere historiâ seu explicatione terminorum *et similibus*, quæ omnia facile per memoriam addisci possunt, quam etiam excolunt. Sed ingenium non item : ut autem illud excoli possit, opus est scientiâ mathematicâ, et ea non ex libris, sed ex ipso usu et arte hauriri debet. Auctor, quia libros nullos habebat secum, ideo eam ex sese ediscere opus habebat, quod ei etiam feliciter successit. Omnes autem homines ad eam apti non sunt, sed requiritur ad id ingenium mathematicum, quodque usu poliri debet. Ea autem

1. annon] an (MS.). — 2. après partis] suæ ajouté (MS.). *Peut-être sic mal placé?*

a. *Discours de la Méthode*, p. 19, l. 11.

b. *Ib.*, p. 19, l. 27.

haurienda est ex Algebrâ. Sed vix hîc possumus nos expedire sine præceptore, nisi velimus presso pede sequi auctoris vestigia in Geometriâ nobis exhibitâ, ut sic ad ipsam aptitudinem quævis resolvendi et inveniendi perveniamus, ut Gallus quidam Parisiis fecit. Et sic Matheseos studio opus est ad nova invenienda, tum in Mathesi, tum in Philosophiâ. Ad ea autem quæ auctor in Philosophiâ scripsit intelligenda, Mathesi non opus est, nisi forte pauca quædam in Dioptricâ, quæ mathematica sunt, excipias. Quæstiones autem simplicissimæ, in quibus auctor nos exerceri vult, sunt natura trianguli ejusque proprietates *et similia* quæ considerari debent et perpendi. Assuefacit autem Mathesis ingenium veritati agnoscendæ, quia in Mathesi reperiuntur recta ratiocinia, quæ nullibi invenias alibi. Et proinde ille qui semel assuefecerit ingenium suum ratiociniis mathematicis, habebit etiam illud aptum ad investigandas alias veritates, cum sit ratiocinatio ubique una et eadem. Quod autem < sunt > ¹ *quidam* in Mathesi ingeniosi, qui tamen in physicis rebus *et similibus* infeliciores sunt, non contingit ex defectu ratiocinii, sed inde quod mathesin tractarint non ratiocinando sed imaginando, et omnia egerint per imaginationem; quæ cum in Physicâ locum non habeat, hinc contingit, quod adeo in Physicâ sint infelices. Tum etiam assuefacit Mathesis ingenium ad dignoscendum quænam ratiocinationes sint veræ et demonstrativæ, quænam probabiles et falsæ. Nam si quis in eâ solùm probabilibus nitatur, decipietur et deducetur in absurdum, et sic videbit demonstrationem non procedere ex probabilibus, quæ hîc falsis æquipollent, sed ex solùm certis. Philosophi autem cum hoc non fecerint, non possunt unquam dignoscere demonstrationes in Philosophicis et Physicis ab argumentis probabilibus, ideoque semper fere probabilibus certant, quia etiam non credunt in realibus scientiis demonstrationes locum habere posse. Et hinc Sceptici, etc., crediderunt Dei existentiam demonstrari non posse, et multi adhuc illam pro indemonstrabili habent, cum contrâ maxime demonstrabilis sit, et firmitus (ut et omnes veritates metaphysicæ) demonstrari possit demonstrationibus mathematicis. Si enim apud Mathematicos in dubium revocarentur omnia illa, quæ in dubium revocavit auctor in Metaphysicis, nulla certe mathematica demonstratio dari posset, cum nihilominus Metaphysicæ auctor tum dederit. Ergo hæc illis certiores sunt. Et auctor ubique conatus est adhibere demonstrationes mathematicas (ut vulgo vocantur) in suâ philosophiâ, quamvis eæ ab illis, qui Mathesi assueti non sunt, ita capi non possint.

1. < sunt > *manque dans le MS.*

P. 20 : *non pigebit adscribere...*^a

Auctor non libenter scribit ethica, sed propter pædagogos et *similes* coactus est has regulas adscribere, quia aliàs dicerent illum esse sine religione, fide, et per suam methodum hæc evertere velle.

P. 36 : *sed si nesciremus...*^b

Si enim ignoraremus veritatem omnem oriri a Deo, quamvis tam claræ essent ideæ nostræ, non sciremus eas esse veras, nec nos non falli, scilicet cùm ad eas non adverteremus, et quando solùm recordaremur nos illas clare et distincte percepisse. Aliàs enim, etiamsi nesciamus esse Deum, quando ad ipsas veritates advertimus, non possumus de iis dubitare; nam aliàs non possemus demonstrare Deum esse.

P. 56 : *fortassis a senectutis debilitatione...*^c

An et quomodo homo ante lapsum immortalis fuisset, philosopho non est inquirendum, sed Theologis relinquendum. Quomodo etiam homines ante diluvium adeo protraxerint ætatem, philosophum superat, forsanique Deus id per miraculum et extraordinarias causas sine ullis causis physicis fecit; tum etiam potuit tum^d esse alia naturæ ante diluvium constitutio, quæ per illud deterior reddita sit. Philosophus naturam ut et hominem solùm considerat, prout jam est, nec ulterius ejus causas investigat, quia hæc¹ illum superant. Quin autem humana vita prolongari posset, si ejus artem novissemus, dubitari non debet; cùm plantarum et *similium* vitam augere et prolongare possimus, quia artem earum novimus, quidni ergo etiam hominis? Optima autem vitam prolongandi via, et bonam diætam conservandi ratio est, quando vivimus et edimus et *similia* sicut bestię, videlicet² omne id quod nobis arridet, sapit, et quidem id eatenus tantùm.

[0]. — Sed hoc bene quidem procederet in corporibus bene dis-

1. hæc] *peut-être* hæ. — 2 videlicet] *signe abrèviatif* (MS.).

a. *Discours de la Méthode*, p. 22, l. 30.

b. *Ib.*, p. 39, l. 3.

c. *Ib.*, p. 62, l. 28.

d. Ce mot *tum* semble à supprimer ici.

positis et sanis, quorum appetitus est ordinatus et corpori conducens, non autem in valetudinariis.

[R]. — Verum hoc nihil ; etiamsi enim ægrotemus, manet nihilominus eadem natura, quæ etiam ideo hominem videtur in morbos conjicere, ut tanto validius se exserere possit, et impedimenta contraria despiciere, si ei obsequamur. Et forte si medici permetterent hominibus eos cibos et potus, quos valetudinarii sæpe exoptant, longe melius sæpe sanitati restituerentur, quàm per tædiosa illa medicamenta, ut id experientia etiam probat, quoniam in talibus casibus natura ipsa suæ restitutionem consequi studet, quod ipsa suæ optime conscia melius quàm externus medicus novit.

[O]. — Sed sunt tam infiniti cibi *et similia* ; quis delectus in iis habendus, quo ordine assumendi, *et similia* ?

R. — Hoc ipsa nos experientia docet ; semper enim scimus an cibus aliquis nobis profuerit necne, et inde semper addiscere possumus in futurum, an idem et eodem modo et ordine rursus assumendus sit necne : adeo ut, juxta Cæsaris Tiberii* (puto Catonis) effatum, nemo trigenarius medico opus habere debeat, quia eâ ætate satis ipsemet per experientiam, quid sibi prosit, quid obstet, scire potest, et ita sibi medicus esse.

Amstelodami, april. 20 anno 1648.

DXV.

BRASSET A DESCARTES.

La Haye, 30 avril 1648.

MINUTE, Bibl. Nat., fr. 17900, f. 159.

En tête : « A M. Descartes. Du 30 avril 1648. »

Monfieur,

Je ferois scrupule de vous diuertir, si l'adresse de cette lettre de Monsieur Chanut ne m'en donnoit vne occasion*

a. Cf. ci-avant t. IV, p. 329, l. 24.

pardonnable. S'il vous parle d'un Panegyrique de la
 Reyne de Suede*, ie preveoy que vous ferez tomber a ma
 charge le default de ne l'auoir point encores veu. Mais
 quand ie vous auray dict qu'il est depuis long tems sur
 la table de M. l'Amb(assadeur), vous estes si discret 5
 que vous ne luy en voudrez point de mal, & si iuste que
 vous m'excuserez facilement. De vouloir vous dire ce qui
 l'a destourné de passer la veüe sur cette piece qui repre-
 sente les vertus d'une Princeesse qu'il reuere au dernier
 poinct, ce seroit vous prendre pour un homme de l'autre 10
 monde qui ne sçauroit pas ce qui se passe en cettuy cy,
 où les affaires demandent un attachement tout entier pour
 en considerer les estranges mysteres, & veoyr par quel
 » sçayt pas cette formalité. . . » (*Ib.*, f. 766.)

Brasset à Servien, 4 janvier 1649 : « ...Ayant hier veu la Reyne de
 » Bohesme, elle improuua fort que M. son ayné eust demandé aduis du
 » Parlement d'Angleterre de ce qu'il deuoit faire sur ce qui le concerne
 » au Traicté de l'Empire, ainsy que luy mesme, a ce qu'elle me dict, le
 » luy auoit escrit. Mais M. de Bellieure-Grignon m'interprete cela en
 » meilleure part. A la verité, si ce Prince se sousmectoit a la protection
 » du Parlement et aux caioleries des Espagnolz, il faudroit dire avec les
 » Iuifz : et erit nouissimus error peior priori. . . » (*Ib.*, fr. 17901, f. 12.)

Au même, 11 janvier 1649 : « ...Le veiz hier la Reyne de Bohesme. . .
 » Elle le pleignit (M. l'Electeur son fils) de n'auoir auprez de luy per-
 » sonne qui entende bien les affaires d'Allemagne. . . Mais par dessus
 » tout elle improuua extremement qu'il se fust porté a demander l'advis
 » du Parlement d'Angleterre de ce qu'il auroit a faire, tant pour estre le
 » parlement contre le Roy son Oncle, que pour n'y auoir plus, par ma-
 » niere de dire, de parlement legitime dans la constitution presente que
 » l'armee subvertit tout l'ordre du Royaume. Elle adiousta au bout de
 » tout cela, selon sa coustume, qu'elle ne se mesle point de donner con-
 » seil a son filz, luy ne le demandant point. . . » (*Ib.*, f. 28.)

Au même, 19 janvier 1649 : « ...Je ne manqueroy pas aussy d'entre-
 » tenir la bonne Reyne de Bohesme de ce qui concerne sa Maison. Le
 » procedder de M. son ayné ne la surprendra nullement, m'ayant tesmoi-
 » gné plusieurs foys qu'elle le iuge fort irregulier. Elle s'en lave les
 » mains, comme n'ayant nulle part en ses conseilz. Pour moy, M^{gr}, ie
 » suis marry de n'auoir pas esté trompé en la vieille opinion que l'ay eüe
 » qu'il n'y auoit grande gratitude et reconnoissance a auoir de luy. Il me
 » souvient qu'autres foys Messieurs les Ministres de Suede vous faisoient
 » peine et a M. d'Avaux sur le fort appuy qu'ils faisoient sur ses interestz.
 » Les en voyla bien payez. Je ne sçay s'ilz auront faict veoyr a V. E. la
 » copie d'une lettre qu'il a escrite a M. Spiring, ou il se formalise que
 » ny eux ny luy n'ayent pas miz en la superscription des leur le tiltre
 » d'*Archidapeter* de l'Empire. Il n'est pas encores restably, et puntille sur
 » vne qualité qui n'est pas rendüe, et qui semble ne le deuoir pas estre,
 » iusques a ce que le tems l'ayt remiz en son premier estat, et d'icy la il y
 » aura iour d'advis. . . » (*Id.*, f. 44 v. et f. 45.)

Brasset à Chanut, 16 avril 1649 : « ...Nous auons icy depuis quatre
 » iours M. l'Elect^r Palatin. Je l'ay trouué assez alteré de l'acte de renon-
 » ciation que pretend de luy M. le Duc de Bauieres, estimant que les
 » conuentions portees par l'instrument de paix doibuent suffire. Troys
 » choses le semblent porter a se roiddir dans la negatiue. . . . L'une, que
 » tous les Estats de l'Empire ne demeurent pas d'accord qu'il doibue
 » bailler ce nouuel acte. L'autre, qu'il est bien aduertiy de la Cour impe-
 » riale, que cette demande de Bauieres y est improuuee. La troysiesme
 » et la plus forte dans son esprit, si ie ne me trompe, que M^{rs} les Suedois

» ayent fait assurer M. le Prince Philippe son frere, autorisé de sa part
 » pour reprendre la possession de ce qui luy reuiet au bas Palatinat, que
 » iamais ilz ne poseront les armes et ne procedderont a licentierment aul-
 » cun, qu'il ne soit entierement satisfait sur les conditions du Traicté
 » general, sans y en adiouster des nouvelles. »

« Je ne doute neullement de tout cela, oüy bien que ce soit par la
 » seule consideration de son propre interest, chacun, ce me semble, y
 » cherchant le sien, estant probable que ceux des Estats de l'Empire qui
 » repugnent sont les mesmes qui n'ont pas gousté le traicté; que la Cour
 » imperiale fait le semblable, parce qu'on veoyd par diuers indices
 » qu'elle a grande disposition a traverser son execution; et que M^{rs} les
 » Suedois ont grande peine a se resouldre de poser les armes, par le
 » moyen desquelles ilz sont deuenuz si glorieux et redoutables dans l'Em-
 » pire. La conclusion seroit que M. l'Electeur Palatin, seruant de pre-
 » texte aux autres, se troueroit enfin n'auoir rien pour luy et tousiours
 » dans vn malheur fatal de sa Maison, lequel il me signifia assés en me
 » parlant de l'horrible tragedie d'Angleterre et considerant que la confu-
 » sion qu'il voyd la pour longues annees, osterá le moien a ceux qu'il y
 » auoit mesnagez pour amiz, de luy donner la main pour son entier et
 » general restablissement... » (*Ib.*, 17901, f. 268.)

Finalemēt Charles-Louis accepta les conditions qui lui étaient faites, comme on le voit dans une lettre de Brasset à La Thuillerie, du 20 avril 1649: « M. l'Electeur Palatin, reuenu depuis huict iours d'Angleterre, » ... part demain pour Cleues et passera ensuicte a Frankfort pour y » attendre que les choses soient disposees au baz Palatinat pour y faire » sa ioyeuse entree... » (*Ib.*, f. 272.)

DXL.

DESCARTES A CHANUT.

Egmond, 26 février 1649.

Texte de Clerselier, tome I, lettre 38, p. 128-131.

Réponse à la lettre DXXXIII ci-avant, du 12 décembre 1648,
 p. 252.

Monfieur,

Vous auez grande raison de penser que i'ay beau-
 coup plus de fúiet d'admirer qu'vne Reine, perpetuel-

lement agissante dans les affaires, se soit souuenuë, apres plusieurs mois, d'une lettre que j'auois eu l'honneur de luy écrire, & qu'elle ait pris la peine d'y répondre, que non pas qu'elle n'y ait point répondu plustost^a. J'ay esté surpris de voir qu'elle écrit si nettement & si facilement en François; toute nostre nation luy en est tres-obligée, & il me semble que cette Princesse est bien plus créée à l'image de Dieu, que le reste des hommes, d'autant qu'elle peut étendre ses soins à plus grand nombre de diuerses occupations en mesmes tems. Car il n'y a au monde que Dieu seul dont l'esprit ne se lasse point, & qui n'est pas moins exact à sçauoir le nombre de nos cheveux & à pouruoir iusques aux plus petits vermisseaux, qu'à mouuoir les Cieux & les Astres.

Mais, encore que j'aye receu, comme vne faueur nullement meritée, la lettre que cette incomparable Princesse a daigné m'écrire, & que j'admire qu'elle en ait pris la peine, ie n'admire pas en mesme façon qu'elle veuille prendre celle de lire le liure de mes Principes, à cause que ie me persuade qu'il contient plusieurs veritez qu'on trouueroit difficilement ailleurs. On peut dire que ce ne sont que des veritez de peu d'importance, touchant des matieres de Physique, qui semblent n'auoir rien de commun avec ce que doit sçauoir vne Reine. Mais, d'autant que l'esprit de celle-cy est capable de tout, & que ces veritez de Physique sont partie des fondemens de la plus haute

a. Ceci répond à une partie de la lettre de Chanut, qui manque. Voir ci-avant, p. 254, *éclaircissement*. — Voir aussi la lettre DXXXII ci-avant, p. 251.

& plus parfaite Morale, i'ose esperer qu'elle aura de la satisfaction de les connoistre. Je ferois rauy d'apprendre qu'elle vous eust choisi, avec M. Frans-hemius, pour la soulager en cette étude; et ie vous aurois tres-
 5 grande obligation, si vous preniez la peine de m'a-
 uertir des lieux où ie ne me suis pas assez expliqué. Je ferois tousiours soigneux de vous répondre, dès le iour mesme que i'aurois receu de vos lettres. Mais cela ne seruiroit que pour ma propre instruction; car
 10 il y a si loin d'icy à Stocholm^a, & les lettres passent par tant de mains auant que d'y arriuer, que vous auriez bien plustost resolu de vous mesme les difficultez que vous rencontreriez, que vous n'en pourriez auoir d'icy la solution.

15 Le remarqueray seulement, en cét endroit, deux ou trois choses que l'experience m'a enseignées touchant ce liure. La premiere est, qu'encore que sa premiere partie ne soit qu'un abregé de ce que i'ay écrit en mes
 20 Meditations, il n'est pas besoin toutesfois, pour l'entendre, de s'arrester à lire ces Meditations, à cause que plusieurs les trouuent beaucoup plus difficiles, & i'aurois peur que sa Maiesté ne s'en ennuyast. La seconde est qu'il n'est pas besoin non plus de s'arrester à examiner les regles du mouuement, qui sont en l'article
 25 46 de la seconde Partie & aux suiuan, à cause qu'elles ne sont pas necessaires pour l'intelligence du reste. La dernière est qu'il est besoin de se souuenir, en lisant ce liure, que, bien que ie ne considere rien

a. Les lettres mettaient près de quatre semaines de Stockholm à La Haye, et Descartes ne les recevait parfois qu'au bout d'une semaine encore à Egmond. Même temps pour que la réponse fût rendue.

dans le corps, que les grandeurs, les figures & les
 mouuemens de leurs parties, ie prétens neantmoins y
 expliquer la nature de la lumiere, de la chaleur & de
 toutes les autres qualitez sensibles; d'autant que ie
 presupose que ces qualitez sont seulement dans nos
 sens, ainsi que le chatouillement & la douleur; & non
 point dans les obiets que nous sentons, dans lesquels
 il n'y a que certaines figures & mouuemens, qui
 causent les sentimens qu'on nomme lumiere, chaleur;
 &c. Ce que ie n'ay expliqué & prouvé qu'à la fin de la
 quatrième partie; et toutesfois il est à propos de le
 sçauoir & remarquer dès le commencement du liure,
 pour le pouuoir mieux entendre.

Au reste, i'ay icy à m'excuser de ce que vos lettres
 me font allé chercher à Paris, & que ie ne vous auois
 point encore mandé mon retour en Hollande^a, où il y
 a déia cinq mois que ie suis^b; mais ie suposois que
 Monsieur Cl(erfelier) vous l'écriroit, à cause qu'il me
 faisoit souuent part de vos nouvelles, lors que i'estois
 en France. Et i'estois bien-aïse de ne rien écrire de
 mon retour, afin de ne sembler point le reprocher à
 ceux qui m'auoient appellé. Je les ay considerez
 comme des amis qui m'auoient conuié à dîner chez
 eux; et lors que i'y suis arriué, i'ay trouué que leur
 cuisine estoit en desordre, & leur marmite renuersée;
 c'est pourquoy ie m'en suis reuenu sans dire un mot,
 afin de n'augmenter point leur fascherie^c. Mais cette
 rencontre m'a enseigné à n'entreprendre iamais plus

a. Descartes a donné à Elisabeth les raisons pour lesquelles il n'était pas pressé d'écrire en Suède, ci-avant p. 233, l. 24.

b. Voir lettre DXXVIII, p. 229.

c. Page 227-229.

aucun voyage sur des promesses, quoy qu'elles soient
écrites en parchemin. Et bien que rien ne m'attache
en ce lieu, sinon que ie n'en connois point d'autre où
ie puisse estre mieux, ie me voy neantmoins en grand
5 hazard d'y passer le reste de mes iours; car i'ay peur
que nos orages de France ne soient pas si-tost appai-
fez^a, & ie deuiens de iour à autre plus paresseux, en
forte qu'il seroit difficile que ie puisse derechef me re-
foudre à souffrir l'incommodité d'un voyage. Mais ie
10 suppose que vous reuiendrez quelque iour du lieu où
vous estes; alors i'espere que i'auray l'honneur de
vous voir icy en passant. Et ie feray toute ma vie, &c.

La lettre^b iointe à celle cy ne contient qu'un com-
pliment fort sterile : car n'étant interrogé sur aucune
15 matiere, ie n'ay osé par respect en toucher aucune, afin
de ne sembler pas vouloir faire le discoureur, & i'ay
crû neantmoins que mon deuoir m'obligeoit d'écrire.

A Egmond, le 26 Février 1649.

DXLI.

DESCARTES A CHRISTINE DE SUÈDE.

[Egmond, 26 février 1649.]

Texte de Clerselier, tome I, lettre 39, p. 131-132.

Réponse à la lettre DXXXII ci-avant, p. 251, envoyée en même temps que la précédente (voir le post-scriptum ci-dessus, p. 293).

a. Voir ci-après lettre DXLIII, *éclaircissement*

b. Lettre suivante. Ce dernier alinéa, qui formait sans doute un *post-scriptum*, est imprimé par Clerselier en caractères plus petits, bien que ce soit encore le texte de Descartes.

Madame,

S'il arriuoit qu'une lettre me fust enuoyée du Ciel, & que ie la viffe descendre des nuës, ie ne serois pas dauantage surpris, & ne la pourrois receuoir avec plus de respect & de veneration, que i'ay receu celle qu'il a 5
plû à vostre Maiesté de m'écrire. Mais ie me reconnois si peu digne des remercimens qu'elle contient, que ie ne les puis accepter que comme vne faueur & vne grace, dont ie demeure tellement redevable que ie ne m'en sçauois iamais dégager. L'honneur que i'auois 10
cy-deuant receu d'être interrogé, de la part de vostre Maiesté, par M. Chanut touchant le Souuerain Bien, ne m'auoit que trop payé de la réponse que i'auois faite. Et depuis, ayant appris par luy que cette réponse auoit esté fauorablement receüe, cela m'auoit si fort 15
obligé, que ie ne pouuois pas esperer ny souhaitter rien de plus pour si peu de chose; particulièrement d'une Princeesse que Dieu a mise en si haut lieu, qui est enuironnée de tant d'affaires tres-importantes, dont elle prend elle mesme les soins, & de qui les moindres 20
actions peuuent tant pour le bien general de toute la terre, que tous ceux qui aiment la vertu se doiuent estimer tres-heureux, lors qu'ils peuuent auoir occasion de luy rendre quelque seruice. Et pour ce que ie fais particulièrement profession d'estre de ce nombre, i'ose 25
icy protester à vostre Maiesté qu'elle ne me sçauroit rien commander de si difficile, que ie ne fois tousiours prest de faire tout mon possible pour l'executer; et que si i'estois né Suedois ou Finlandois, ie ne pourrois estre, avec plus de zele, ny plus parfaitement que ie suis, &c. 30

DXLII.

CHANUT A DESCARTES.

Stockholm, 27 février 1649.

[A. BAILLET], *La Vie de Monsieur Des-Cartes*, t. II, p. 368-369.

« Dez le milieu du mois de Mars, il (Descartes) reçût des lettres de » M. Chanut, datées du XXVII de Février [*en marge* : Registre de Chanut], par lesquelles on luy marquoit le desir que la Reine de Suède » avoit de le voir à Stockolm, et d'apprendre sa Philosophie de sa bouche. » Ces lettres étoient adressées à Egmond, par la ville d'Alcmaer, comme » par la voye la plus courte; et elles avoient déjà été précédées par » d'autres que M. Chanut avoit écrites peu de jours auparavant sur le même » sujet, mais qu'il avoit adressées à Paris, chez M. l'Abbé Picot, où il le » croyoit encore, quoy qu'il y eût cinq mois qu'il fût de retour. » (BAILLET, II, 368-369.)

Nous ne retiendrons de cette page de Baillet que deux choses : l'existence d'une lettre de Chanut du 27 février, et l'invitation qu'elle portait à Descartes de venir en Suède. — Mais cette lettre du 27 février ne parvint pas à Descartes « dez le milieu de mars » ; Brassset ne répondit aux lettres de Chanut du 27 février, que le 26 mars, et y répondit aussitôt après les avoir reçues (*Bibl. Nat. fr. 17901, f. 221 v.*). Il envoya en même temps à Egmond la lettre qui était pour Descartes; et celui-ci y répondit le 31 mars, lettres DXLVIII et DXLIX ci-après. — D'autre part, Chanut n'envoya point de lettres en France pour Descartes entre le 12 déc. 1648 (p. 252 ci-avant), et le 27 février 1649. Celle qui aurait été écrite « peu de jours auparavant », est de l'invention de Baillet; aussi n'indique-t-il point, pour cette prétendue lettre, comme pour les autres, la date précise, que devait lui donner le registre de Chanut. Et cette première erreur en entraîne une seconde : Clerselier avait eu beau imprimer la date de la lettre DXLIX ci-après : *dernier jour de mars* ou *31 mars*; Baillet corrige : *le 13 mars*, afin d'avoir une réponse de Descartes à la lettre supposée de Chanut. La vérité est que Chanut, ne sachant pas encore, le 27 février, si Descartes était en France ou en Hollande, et pressé d'avoir une réponse à la lettre de la Reine, du 12 décembre, écrivit à la fois à Paris et à La Haye; Picot (ou Clerselier), d'un côté, et Brassset, de l'autre, reçurent la même lettre, (Brassset, une copie de celle que Chanut envoyait en France). Ainsi s'expliquent deux passages que nous trouverons ci-après, lettres DXLVIII et DLVII (*Clers.*, I, 135 et 537), qui ont pu induire Baillet en erreur.

DXLIII.

BRASSET A DESCARTES.

[La Haye], 2 mars 1649.

MINUTE, Bibl. Nat., MS. fr. 17901, f. 164.

*En tête : « A M. Des Cartes. Du 2 mars 1649. »**Monsieur,*

*Ce fut auant hier que M. Van Bergh me rendit vostre lettre du 26 de l'autre moys^a, avec vn paquet pour Suede qui aura son adresse apreç demain. Pleust a Dieu que la grande tranquillité de ce Royaume la se fust commu- 5
 niquee a la France, & que tout ce que l'on diçt de nous*, fust aussy faux que ce qu'on vous a mandé de l'autre ! Les dernieres que i'ay de M. Chanut sont du 9 feb^{er}. Il me diçt que les Estats s'estoient ouuerts avec les ceremo-
 nies accoustumees, & que, dans le narré des prosperitez 10
 publiques, l'on y auoit faicçt mention honorable de nostre alliance & des exploicçts de M. le Mar^{al} de Turenne, ce qui n'auoit iamais esté pratiqué dans les autres Estats. Il y a plaisir, quand les amis ont vne veritable estime les
 vns pour les autres, & que dans les occasions ils font pa- 15
 roistre ce qu'ils sont en effect.*

a. La lettre pour Brasset est perdue ; le « paquet pour Suede » contenait les deux lettres à Chanut et à la Reine, du 26 février, p. 289 et p. 293 ci-avant. Elles ne partirent de La Haye que le 4 mars, jour où Brasset écrivit à Chanut : « Monsieur », ajoute-t-il en *post-scriptum*, « l'ay pensé oublier » le meilleur de cette voicture, qui est le paquet cy ioinct de M. Descartes, » qui trouue a present l'ayr d'Egmond meilleur que celuy du parvis » Nostre Dame. » (*Bibl. Nat., fr. 17901, f. 175 verso.*)

Vous auez faic̄t, Monsieur, comme ces bons mariniers
 qui, preveoyant la tempeste, font leur retraicte in secessu
 longo. Vostre sortie de Paris a esté vn effect de vostre
 prudence; vous en recueillez le fruiçt maintenant dans la
 5 tranquillité d' Egmond. Neantmoins, comme vous auez le
 cœur bon françoys & pareillement charitable, ie ne
 doute point que vous ne soyez attendry par le recit de
 nos combustions. Il ne laisse pas d'y auoir lieu de mieux
 esperer; vous en verrez les apparences par l'extraic̄t cy
 10 ioinçt de mes dernieres lettres de la Cour. Si ces M^{rs} les
 gens du Roy prennent bien leurs conclusions, & portent
 les affaires au poinçt de l'auctorité Royale, & le repos des
 peuples, ils meriteront des miliaffes de couronnes civiques.
 Dieu leur en face la grace! Si dans vendredy^a i'en ay
 15 quelque chose, i'espere que vous ne me voudrez point de
 mal, si ie trouble vostre repos par vn mot d'advis. Cependant
 continuez moy, s'il vous plaist, l'honneur de me croire...

Page 296, l. 6. — La régente, Anne d'Autriche, avait été forcée de
 quitter Paris, dans la nuit du 5 au 6 janvier, et de se réfugier à Saint-
 Germain, avec son fils, Louis XIV, et toute la Cour. L'armée royale com-
 mença presque aussitôt les hostilités contre les troupes levées par ordre
 du Parlement. D'autre part, l'archiduc Léopold envahit la France du côté
 des Pays-Bas espagnols et marcha sur la capitale. A trois reprises des
 émissaires se présentèrent à Paris en son nom, pour offrir son appui aux re-
 belles, le 19 février, et les 5 et 16 mars. Mais la paix fut signée, le 11 mars
 à Ruel, le 1^{er} avril à Paris, mettant fin à cette première partie de la Fronde.

Le résident de France à La Haye, Brasset, mentionne dans ses lettres
 que, le 26 janvier et le 11 février, il communiqua aux Etats généraux des
 Provinces Unies deux déclarations du Roi, des 6 et 22 janvier, donnant
 les « iustes raisons et motifs qui l'ont porté a interdire la Cour du Parle-
 » ment de Paris, et declarer criminelz de leze Maiesté tous ceux qui luy
 » adherent... » (*Bibl. Nat., fr. 17901, f. 126 verso.*)

Le 23 février, Brasset reçut de Saint-Germain une relation imprimée de
 la prise de Charenton par l'armée royale (8 février). Le bruit courut, il
 est vrai, que Charenton avait été repris le même jour par les Parisiens;

a. Le 5 mars.

mais cette seconde nouvelle était fausse. Brasset fit aussitôt tirer un grand nombre d'exemplaires de la relation officielle, et en envoya à Descartes.

L'issue heureuse de cette guerre civile se fit attendre plus longtemps que Brasset ne le souhaitait. Il apprit les nouveaux succès de l'armée royale à Brie-Comte-Robert, le 25 février, et l'ouverture de négociations à Saint-Germain entre la Cour et les députés du Parlement, le 28. Elles aboutirent à la signature des préliminaires de paix à Ruel, le 11 mars. Mais Brasset n'en fut informé que le 22, et dans son impatience il écrivait le 12 à Chanut : « ...l'attendois les lettres de France... pour veoyr la » suite de ces alleez et venües a S^t Germain. Mais elles retardent, et » mortifient ma iuste curiosité... Cependant l'Archiduc marche vers » Cambray, où est son rendez-vous general; mais, comme sa cavallerie » est tres mal montee, il n'ira pas peut estre ny si loing ny si viste qu'il » pensoit; et faire se pourroit que, sans abandonner le blocus de Paris, » on fera plus de la moitié du chemin pour le venir rencontrer. Aprez » cela, ie ne comprens comment ceux qui pretendent reformer l'Estat et » souslager les peuples, se iustifieront devant Dieu et les hommes d'auoir » attiré dans la France son ennemy capital. Cette pensee surpasse et » effraye mon entendement... » (*Ib.*, f. 190 verso et f. 191.)

DXLIV.

MORUS A DESCARTES.

Cambridge, 5 mars 1649.

Texte de Clerselier, tome I, lettre 68, p. 275-290.

Réponse à la lettre DXXXVII, du 5 février 1649, p. 267. Descartes y répondra le 15 avril, lettre DLIV ci-après. Voir le prolegomène, p. 235, et l'éclaircissement, p. 246.

*Clarissimo Viro Nobilissimoque Philosopho
Renato Descartes
Henricus Morus Anglus.
Replicatio.*

*Opinionis quam de te concepi nuperisque meis litteris 5
apud te testatus sum, quanta quanta fit (Vir illustrissime)*

me non pœnitet, nec vnquam, sat scio, poterit pœnitere.
 Quin & adauget plurimùm tuï apud me existimationem,
 quod ad stupendam illam mentis tuæ amplitudinem diui-
 numque acumen suauitas tanta morum accesserit & huma-
 5 nitas. Quam certè, vt nunquam suspectam habui, ita nunc
 sanè eruditissimas tuas litteras habeo pro certissimo illius
 argumento. Cæterùm, ne tanti fauoris te pœniteat, quasi
 in seruum caput collati, neuè vilescat meum erga te stu-
 dium atque amor, tanquam ab abiecto iacentique animo
 10 profectus, quo tandem modo responsa tua mihi satisfecerint,
 palam, vti hominem liberum decet, aperteque profitebor.
 Quod tamen ne nimium tibi vel mihi ipsi negotium
 faceffat, fusiores orationis texturas missas faciens, rem
 totam in instantias quasdam breues, aut saltem notatiunculas
 15 super singulis responsorum tuorum periculis compingam.

Definiri ab habitudine ad sensus nostros, &c. ^a.

Hic regeri potest, cùm radix rerum omnium ac essentia
 in æternas defossa lateat tenebras, rem quamlibet neces-
 20 sariò definiri ab habitudine aliquâ. Quæ habitudo proprietas
 dici potest in substantijs, cùm non sit substantia, quamuis
 agnoscam libenter proprietates alias alijs esse priores;
 hoc autem tantùm me voluisse, satiùs nimirum esse per
 adæquatam quamlibet proprietatem, quàm per
 25 formam, quam vocant, definito latiore, rem definiuisse.
 Porrò, cùm ipse corpus definis rem extensam, ipsam illam
 extensionem insuper adnoto consistere in habitudine quâ-

Ad resp. circa
 1^{am} diffic.
 Inst. 1^b.

a. Ci-avant, p. 268, l. 8-9.

b. Clerselier imprime tout au long : « Ad Responsum circa primam
 Difficultatem. Instantia I. »

dam partium ad se inuicem, quatenus aliæ extra alias productæ sunt; quam habitudinem non esse rem absolutam, manifestum est.

II *Quamuis nulli homines existant*^a.

Si omnes mortales conuierent, sol tamen non exueret suam videndi aptitudinem, quamprimum oculos aperuerint denuò, vt neque securis, secandi, quamprimum ligna aut lapides oblatis fuerint. 5

III *Neruorum nostrorum particulis multò minores*^b...

Deum tamen artificem adaptare posse credo neruos satis exiguos exiguis istis materiæ particulis, ac proinde sensibilitatem materiæ, hoc modo comminutæ, integram manere. Porrò hæ particulæ à motu cessare possunt, atque coalescere, nostrisque hoc modo neruis sensibiles denuò euadere; quod de substantiâ incorporeâ nullo modo verum est. 10 15

IV *Quamuis non sit ad sensum molle, &c.*^c.

Certum est aut ad neruos nostros sensorios durum fore vel molle, &c., aut saltem ad istiusmodi neruos, quales, si vellet, Deus fabricare poterit, vt modò monuimus; atque hoc satis est, quamuis Deus numquam fabricaturus sit istiusmodi neruos. Vt reuerâ partes terræ versus centrum sunt ex se visibiles, quamuis numquam extrahendæ sint in solis conspectum, nec eò descensurus sit quisquam cum lychno vel lampade. 20 25

a. Page 268, l. 11.

b. *Ib.*, l. 15-16.

c. *Ib.*, l. 23-24.

Est tantum, vt in homine risibilitas, proprium quarto modo^a... V

Quod si ratio etiam alijs competeret animalibus, rectius definiretur homo animal risibile, quam rationale. Nondum autem à quopiam demonstratum est, tangibilitatem aut impenetrabilitatem proprias esse substantiæ extensæ affectiones, quamuis corporis esse meritò quiuis agnouerit. Equidem possum clarè concipere substantiam extensam, quæ nullam vlllo modo habeat tangibilitatem vel impenetrabilitatem. Igitur tangibilitas vel impenetrabilitas non immediatè substantiam extensam consequitur, quatenus extensa est.

Atqui nego veram extensionem, &c.^b VI

Per veram extensionem intelligis, quam tangibilitas & impenetrabilitas comitatur. Hanc ipse etiam nego in Deo, nudisue mente vel Angelo reperiri. Interea tamen assero aliam esse extensionem æque veram, quamuis non æque vulgarem Scholisque tritam, quæ in Angelis menteque humana, vt terminos, ita & figuram habet, sed pro imperio Angeli mentisque variabilem; mentesque siue animas nostras atque Angelos, eadè prorpsus manente substantiâ, contrahere se posse, & certos denuò ad limites se expandere.

Nihil esse intelligibile nisi quod sit imaginabile, &c.^c VII

Equidem aliquanto sum pronior in illam Aristotelis sententiam, ὅτι ἄνευ τῶν φαντασμάτων οὐκ ἔστι νοῦσα. Sed hic quisque mentis suæ vires experiatur.

a. Page 269, l. 11.

b. *Ib.*, l. 28-29.

c. Page 270, l. 22-23.

Ad resp. circa
2^{am} diffic.
Inst. I^a.

Vnas in locum aliarum imaginatione transferre^b...

Mea quidem imaginatio non potest; nec concipere, si transferantur, quin vnæ vacui spatij partes absorbeant alteras, penitusque coincidant, & penetrent se inuicem.

II Nec dubitavi à magnis viris, Epicuro, Democrito, &c.^c 5

Nullus dubito, quin optimo iure dissentias; cum non solum istis, sed vniuersis Naturæ interpretibus longè maior sis (meâ sententiâ) longeque augustior.

III Quin aliqua in omni spatio substantia sit, &c.^d 10

Id sanè concessi pacis ergo. Sed clarè mihi non constat. Nam, si Deus hanc mundi vniuersitatem annihilaret & multò post aliam crearet de nihilo, intermundium illud, seu absentia mundi, suam haberet durationem, quam tot dies, anni, vel sæcula mensurassent. Non-existentis igitur est duratio, quæ extensio quædam est. Ac proinde Amplitudo Nihili, puta vacui, per vnas vel orgyas mensurari potest; vt non-existentis, in suâ non-existentiâ, duratio, per horas, dies, mensesque mensuratur. Sed concedo, quamuis nondum vi coactus, in omni spatio aliquam substantiam inesse; neque tamen corpoream^e; cum extensio, siue præsentia, diuina possit esse subiectum mensurabilitatis. Verbi gratiâ, præsentiam, siue extensionem, diuinam occupare assero vnâ alteramque orgyam, in hoc vel illo vacuo, nec tamen omninò sequi Deum esse corporeum; vt 25

a. Cleris. : « Ad responsum circa secundam difficultatem. Instantia I. »

b. Page 271, l. 8-9.

c. *Ib.*, l. 16-17.

d. Page 272, l. 2-3.

e. Edition latine : « neque tamen sequi eam esse corpoream. »

patet ex supra dictis, instantiâ 5. Sed super hâc re est agendum alibi.

Dico implicare contradictionem, vt talis extensio, IV
&c.^a.

5 *Sed hîc libenter quærerem, numquid necesse sit, vt aut talis extensio sit, qualem in corpore concipis, aut nulla. Deinde, cùm & alias res præter corpora extendi suo modo concefferis, annon analogica illa extensio, quam vocas, vices obeat extensionis corporeæ, atque ita illam vim*
10 *contradictoriam retundat? Præsertim cùm analogica hæc extensio ad propriè dictam tam propè accedat, vt sit mensurabilis, certosque pedum vlnarumue numeros occupet.*

Nullum motum dari, nisi quodammodo circula- V
15 rem^b...

Hoc necessario consequi concedo, necessitate puta Physicâ, supponendo duntaxat omnia corporibus plena, nullamque extensionem aliam integram mundi extensionem excedere, quâ in parte ego satis sum securus; sed inexpugnabilem hanc contradictionis vim fateor me nondum
20 *satis deprehendisse.*

Quæ concipiuntur extensæ ac simul indiuisibiles^c.

Cùm mentem tuam sic explicueris, nulla inter nos est controuersia.

Ad resp. circa
3^{am} diffic.^d

a. Page 272, l. 29-30.

b. Page 273, l. 1-2.

c. *Ib.*, l. 8-9.

d. Clers. : « Ad responsum circa tertiam difficultatem. »

Ad responsum
circa quartam
difficultatem.
Instantia I.

An sint simpliciter infinita, necne, profiteor me nescire^a.

*Haud tamen latere te potest, quin sint vel simpliciter infinita, vel reuerà finita, quamuis vtrum horum sint, tam facile statuere non possis. Quod autem vortices tui non
5 | disrumpantur & fatiscant, non obscurum videatur indicium mundum reuerà esse infinitum. Ipse tamen intereà liberè profiteor, quamuis audacter possim assentire huic axiomatici: Mundus finitus est, aut non finitus, vel, quod idem hïc est, infinitus, me tamen non posse plenè animo
10 | complecti rei cuiusuis infinitudinem. Sed illud imaginationi meæ hïc accidere, quod Iulius Scaliger alicubi scribit de dilatatione & contractione Angelorum: non posse scilicet se in infinitum extendere, nec in puncti οὐδενότιτα coangustare. Qui autem Deum positiuè infinitum agnoscit
15 | (i. e. vbique existentem), quod tu meritò facis, non video, si liberæ rationi permittatur, quod hæsitet, quin continuò etiam admittat nullibi otiosum, sed eodem iure, eademque facilitate, quâ hanc nostram, vbi nos degimus, vel quousque oculi, animusque noster peruadit, materiam vbi
20 | que produxisse. Sed fusiùs acturus eram quàm institui; hunc impetum suprino; ne tibi sim molestior.*

II Cùm ais, si tantùm quoad nos sit infinita, reuerà erit finita^b.

Aio; addoque insuper consequentiam esse manifestissimam, quoniam particula (tantùm) planè excludit omnem infinitatem à re, quæ tantùm quoad nos dicitur infinita, ac proindè reuera erit finita extensio; mentem autem

a. Page 274, l. 10-11.

b. *Ib.*, l. 21.

meam hîc attingere ea de quibus pronuncio, cùm planissimè mihi constet, mundum aut finitum esse aut infinitum, vt paulò ante insinuavi.

Atque ita supponere Deum habere partes extra III
 5 partes, & esse diuisibilem, omnemque prorsus rei corporeæ essentiam illi tribuere^a.

Nullam tribuo. Nego enim extensionem corpori competere, quatenus corpus est, sed quatenus ens, aut saltem substantia est. Præterea, cùm Deus, quantum mens humana Deum capit, sit totus vbique, integrâque suâ essentiâ omnibus locis siue spatijs spatiorumque punctis adsit, non sequitur quòd partes haberet extra partes, aut, quod consequens est, quòd sit diuisibilis, quamuis arte confertimque loca omnia occupet, nullis relictis interuallis. Vnde præ-
 10
 15 *sentiam, seu amplitudinem, vt ipse vocas, diuinam, mensurabilem agnoscam; Deum autem ipsum diuisibilem, nullo modo.*

Quod autem Deus singula mundi puncta occupet, fatentur ad vnum omnes tam Idiotæ quàm Philosophi, ipseque clarè & distinctè animo percipio & complector. Iam verò eodem modo se habet essentia diuina, intra atque extra mundum, ita vt, si fingamus mundum claudi cœlo stellato visibili, centrum diuinæ essentiæ, totalisque eius præsentia, eodem modo repeteretur extra cœlum stellatum, quo intra clarè concipimus repeti atque reiterari. Hanc autem repetitionem centri diuini, quæ mundum occupat, vltèrius producam, infinita par est extra cœlum visibile spatia secum expandere; quam nisi comitetur materia tua indefinita, actum erit de tuis vorticibus. Atque

a. Page 274, l. 24-26.

vt hæc molliora videantur, experiamur assensus nostros in successivâ Dei duratione.

Deus est æternus, h. e. vita diuina omnes sæculorum evolutiones rerumque rationes, præteritarum, futurarum & præsentium simul comprehendit. Hæc tamen vita æterna singulis etiam temporis infidet quasi atque inequitat momentis; ita vt recte vereque dicamus Deum per tot dies, menses horasue suâ æternitate fretum. Exempli-causâ, si supponamus mundum ante centum annos conditum, annon integra illa omniaque complectens Dei æternitas per horas, dies, menses & annos (puta centum) succedentes ad hunc vsque diem duravit? At verò nihilo aliter est Deus à mundo condito, ac fuit ante mundum conditum.

Manifestum igitur est, præter æternitatem infinitam, in Deum etiam cadere durationis successionem. Quod si admittimus, cur non extensionem etiam infinita spatia adimplentem pariter ac infinitam durationis successionem illi tribuamus?

Imò verò quoties altius & antiquifitius^a istis de rebus |mecum cogito, eâ sum in sententiâ, quod vtraque extensio, tam spatij quàm temporis, non entibus iuxta atque entibus competere possit^b. Suspicioque æque ex-præiudicio fieri posse, cum omnia ea quæ sensu manibusque vsurpamus, vtpote crassa & corporea, semper sint extensa, quod e contra omnia extensa protinus concludimus corporea, quàm quod vllum sensûs præiudicium facit, vt putemus aliqua, quæ non sunt corporea, extendi.

Quod autem extensio cadat in non-ens, ex eo coniecturam capimus, quod extendi nihil aliud innuit, nisi partes

a. Edition latine : *exquisitius*.

b. Ib. : *possit*.

extare extra partes. Pars autem & totum, subiectum & adiunctum, causa & effectum, aduersa & relata, contradicentia & priuantia, & id genus vniuersa notiones Logicæ sunt, easque tam non-entibus quàm entibus applicamus: Vnde non sequitur, quod quicquid concipimus partes habere extra partes, ens sit reale concipiendum.

Sed quoties hïc colluctantur mentes humanæ cum proprijs vmbrijs, aut lasciuientium catulorum instar proprijs ludunt cum caudis? Nam istiusmodi profectò pugnx atque lusus sibi instituuntur à mente nostrâ, dum rationes modosque Logicos, iuxta quos res externas considerat, non aduertit suos duntaxat esse cogitandi modos, sed putans eos esse aliquid in rebus ipsis à se distinctum, suam captando quasi caudam, ad lassitudinem vsque luditur miserique illaqueatur. Sed plura quàm vellem imprudens hïc effutij : ad reliqua propero.

Vbicumque enim locus ille concipiatur, ibi aliqua materia est ^a. IV

Næ tu hïc cautus homo es, & eleganter modestus; admittis tamen tandem mundum esse infinitum, si Aristoteles infinitum recte definiuit, Phys. lib. 3, οὐ ἀεί τι ἔξω ἐστίν, cuius aliquid semper est extra. Nihil nunc est vltèriùs, quod diffideamus.

Sed nihilominus existimo maximam esse differentiam, inter amplitudinem istius corporeæ extensionis, &c. ^b. V

|*Et ipse pariter existimo immane quantum differre diui-*

a. Page 275, l. 2-3.

b. *Ib.*, l. 7-8.

nam amplitudinem & corpoream. Primò, quod illa sub sensum cadere non possit, hæc possit sub sensum cadere. Deinde, quod illa sit increata & independens, hæc dependens & creata. Illa porrò penetrabilis, per omnia peruadens, hæc crassa & impenetrabilis. Denique, quod illa ex totalis & integræ essentiæ repetitione vbiquitariâ, hæc ab externâ, sed immediatâ, partium applicatione & iuxtapositione orta sit; ita vt nemo, nisi plumbeus plane sit atque insigniter hebes, suspicari possit,

Impia nos rationis inire elementa, viamque
Indogredi sceleris, (vt & ille loquitur^a).

Præsertim, cùm ex Theologis sint, iisque aliàs fortasse sat scrupulosi, qui tamen agnoscunt Deum, si voluisset, potuisse mundum ab æterno creare. Et tamen æque absurdum videtur, infinitam durationem, ac magnitudinem infinitam, mundo tribuere.

VI Vnum enim est ex præcipuis meoque iudicio certissimis Physicæ meæ fundamentis^b...

Quod sit materia indefinite saltem extensa, nullumque vacuum, fundamentum esse Physicæ tuæ apprimè necessarium sat intelligo, & certe nullus dubito quin verum sit; sed an veram demonstrandi rationem insequutus sis, id equidem ambigo, cùm principium illius demonstrationis sit, omne extensum esse reale ac corporeum, quod mihi fateor nondum constare, ob rationes à me supra datas. Imò verò, vt ingenue fatear quod mihi iam in mentem venit, si neque nudum spatium, prout postulat tua

a. LUCRÈCE, *De Natura rerum*, I, 82.

b. Page 275, l. 16-17.

demonstratio, nec Deus omninò extenditur, ne indefinitá quidem materiá opus est tuæ Philosophiæ: certus finitusque stadiorum numerus suffecerit. Mundi enim huius finiti latera non habebunt quò recedant, nec dehiscere poterunt mediij vortices, ne intermedium spatium extendatur, nouasque non-ens induat dimensiones. Sed tamen naturalis impetus aliò me præcipitat, in hanc vtique fidem, fœcunditatem nempe diuinam, cùm nullibi sit otiosa, vbique locorum materiam produxisse, nullis vel angustissimis prætermiſſis interuallis.

Quæ tam facile cùm admitto, Philosophia tua apud me non corruet ob defectum dicti fundamenti. Planeque video Physices tuæ veritatem non tam aperte & ostensiuè se exerere in hoc vel illo articulo quàm ex vniuerso omnium filo & texturâ elucescere, vt ipse rectissime mones Part. 4, artic. 205^a. Quòd si quis integram tuæ Philosophiæ faciem simul contuetur, tam concinna est, sibi que iuxta ac rerum phænomenis consona, vt meritò imagineatur, se naturam ipsam opificem vidisse ab hoc polito speculo enitentem.

Sed nulli præiudicio magis omnes affueuimus, &c.^b

Quod mihi de me ipso constat plus quàm satis; ab huiusce enim præiudicij laqueis sentio me expediri non posse vllo modo.

25 Profiteor enim me posse perfacilè illa omnia, vt à II
solâ membrorum conformatione protecta, explicare^c.

a. *Clers.* : 225. Il s'agit touiours des *Principia Philosophiæ*.

b. Page 275, l. 31.

c. Page 276, l. 24-26.

Ad resp. circa
diffic. vltimam.
Inst. I.

Læta sanè & iucunda Prouincia! Hoc si præstiteris, (& credo, quantum ingenium humanum poterit, te hâc in re præstiturum in quintâ sextâue parte Physices tuæ, quas, vt audio, ferè à te perfectas iam esse & absolutas, ita auide exspecto efflictimque rogo, vt, quamprimum possit fieri, lucem videant, vel potius vt nos in ipsis vltiorem naturæ lucem videamus; sed ad rem redeo): hoc, inquam, si præstiteris, agnosco te demonstrasse, in brutis animalibus inesse animam neminem demonstrare posse. Sed interea loci, quod & ipse submones, quod non sit anima in brutis, te necdum demonstrasse, nec demonstrare posse vlllo modo.

III Præter hanc vnam, quod cum habeant oculos, aures, &c.^a.

Maximum meo iudicio argumentum est, quod tam subtiliter sibi præcaueant & prospiciant, vt narratiunculis veris pariter ac mirandis, si otium esset, demonstrare possem. Sed credo te in consimiles historias incidisse; meæ autem in nullis extant libris.

IV Quod non sit tam probabile omnes vermes, culices, erucas, &c.^b.

Nisi forte imaginemur istiusmodi animas, vitæ mundi, vt appellat Ficinus, arenam quasi esse ac puluerem; & infinita fere ex isto penario animarum agmina fatali quodam impetu in præparatam materiam semper prolabi. Sed concedo hæc citius dici posse quàm demonstrari.

a. Page 277, l. 4-5.

b. *Ib.*, l. 13-14.

Vt aliquid voce vel nutibus indicaret, &c.^a.

V

Annon canes annuunt caudis, vt nos capitibus? Annon breuibus latratibus cibum sæpius ad mensam mendicant? Imò verò aliquando domini cubitum pede, quâ possunt
5 *cum reuerentiâ, tangentes, quasi suî oblitum, blando hoc eum signo commonefaciunt?*

Quàm maximè stupidi ac mente capti, &c., non autem vllum brutum, &c.^b.

VI

Nec infantes vlli, per aliquàm multa saltem mensium spatia, quamvis plorent, rideant, irascantur &c. Nec diffidis tamen, opinor, quin infantes sint animati; animamque habeant cogitantem.

Responfa hæc sunt (Vir illustrissime) quæ tuis præclaris responsis mihi visum est reponere. Quæ an æquè grata futura sint, ac nuperæ meæ obiectiones, sane præſagire non possum.

Humanitas tua, quam versus istas perspexi, & diuturnior cum scriptis tuis consuetudo, audentiorem me fecerunt; vereor ne fuerim prolixus nimium ac molestus.

*Equidem ferme oblitus eram potissimi mei instituti, quòd non fuit æternas tecum altercationes reciprocare; sed cum hanc oportunitatem sim nactus, tanti viri de rebus quæ se obtulerint Philosophicis iudicium placide experiri, & præcipuè si qua difficultas emerſerit inter legendos tuos libros, teipsum audire interpretantem. Quam profectò gratiam si lubens facilisque concesseris, summo-
25 *perè me tibi deuincies.**

a. Page 278, l. 16-17.

b. *Ib.*, l. 21-23.

Et sanè quam lubenter eximiæ tuæ artis ac peritiæ mihi copiam feceris, certum est iam nunc in paucis quibusdam periculum facere.

Primò igitur, quæro an à Deo ita statui, aut alio quouis modo fieri potuisset, ut mundus esset finitus, id est certo aliquo milliarum numero circumscriptus. Non leue enim argumentum videtur mundum posse esse finitum, quod plerique omnes impossibile putent esse infinitum. 5

Secundò, si quis mundi huius finibus propè affideret, quæro an possit gladium per mundi latera ad capulum vsque transmittere, ita ut totus ferè gladius extra mundi mœnia emeretur. Quod enim nihil extra mundum sit quod resistat, videtur factu facile; quod autem nihil extensum sit extra mundum quod recipiat, videtur ex eâ parte impossibile. 10

Tertiò (ad Art. 29 Part. 2), si AB corpus transferatur à corpore CD, quæro quâ constat translationem esse reciprocâ. Putemus enim CD turrim esse, & AB ventum occidentalem per latera turris transeuntem. Turris CD autem quiescit, aut saltem non recedit à vento AB. Si recedit, vel, quod ais, motu transfertur; utique versus occidentem mouetur. Sed non fertur versus occidentem, cum & terra & ventus ferantur versus orientem. Videtur igitur respectu venti quiescere; cum nullum motum ab ipso suscipiat. Dicis tamen translationem (quæ quidem translatio motus est) ipsius turris & venti esse reciprocâ. Turris igitur respectu eiusdem venti & moueretur & quiesceret, quod proximè abest à contradictione. Signum autem est, cum ille qui à me sedente recessit ambulando, puta mille passus, rubuerit vel lassus fuerit, ego verò sedens nec ruborem contraxerim nec lassitudinem, illum 15 20 25 30

19 autem] aut (édit. lat.).

solum motum fuisse, me verò per id temporis quieuisse. Notionalem igitur duntaxat variatæ distantiae respectum illius motu suscipio, nullum motum realem & Physicum.

Quartò, Art. 149 Part. 3 : Sicque etiam efficiet, vt
5 terra circa suum axem gyret &c. Quomodo efficiet Luna vt terra vno die gyros suos absoluat, cum ipsa 30 ferè dies in suas absumat periodos? Quæ verò scribuntur Art. 151, hanc quæstionem, opinor, non attingunt.

Quintò, de particulis istis contortis, quas striatas vocas,
10 quomodo ita contorqueri potuerunt, & eo ipso in infinita fragmina & atomos non disjungi? Quem lentorem, quam tenacitatem in primâ illâ materiâ, sibi vbique simili & homogeneâ, imaginari possumus? Vnde mollescebant istæ particulæ primùm, indeque obduruerunt?

15 Sextò, Artic. 189 Part. 4 : Animam siue mentem intimè cerebro coniunctam. Perlubenter equidem hîc audirem sententiam tuam de coniunctione animæ cum corpore : an cum toto corpore coniungatur, an cum cerebro solo, an verò in solum conarium, tanquam in paruulum aliquod
20 ergastulum, compingatur? Id enim sedem sensus communem^a, animæque ἀκρόπολιν, à te monitus, agnosco. Dubito tamen annon per vniuersum corpus anima peruadat. Deinde quæro ex te, cum anima nullas habeat nec ramosas nec hamatas particulas, quomodo tam arctè vnitur
25 cum corpore. Sciscitorque subinde, annon aliquid exerit se in naturâ, cuius nulla ratio Mechanica reddi potest. Illud ἀὐτεξούσιον, cuius in nobis conscij sumus, quo oritur modo? Et ratio imperij animæ nostræ in spiritus ani-

28 Et ratio] Quæque ratio fit (édit. lat.).

a. Lire : communis?

males, quomodo potest eos amandare in quamlibet corporis partem? Quomodo sagarum spiritus, quos vocant familiares, materiam tam aptè sibi adaptant atque constringunt, ut visibiles & palpabiles se exhibeant execrandis vetulis? Hoc autem fieri non solum vetulæ, sed iuvenes sagæ, nulla vi coactæ, sponte mihi fassæ sunt non paucae. 5

Porrò, annon & ipsi hoc ipsum aliquo modo in animabus nostris experimur, dum pro arbitrio nostro spiritus nostros animales ciere & sistere, exerere & reuocare possumus? Quæro igitur, nunquid dedeceret hominem Philosophum in rerum vniuersitate substantiam aliquam agnoscere incorpoream, quæ tamen possit aut omnes aut saltem plurimas affectiones corporeas, non secus ac ipsa corpora in se mutuò, in corpus aliquod imprimere, quales sunt motus, figura, situs partium, &c.; imò verò, cum fermè constet de motu siue morâ; superaddere etiam quæ motus consequentia sunt, ut diuidere, coniungere, dissipare, vincire, figurare particulas, figuratas disponere, dispositas rotare vel quouis modo mouere, rotatas continere, & id genus alia; vnde lumen, colores, & reliqua sensûs obiecta prodire necesse est, iuxta eximiam tuam Philosophiam. 15 20

Præterea, cum nihil nec corporeum neque incorporeum potest agere in aliud, nisi per applicationem suæ essentiæ, necesse insuper ducere, ut, siue Angelus sit, siue Dæmon, siue anima, siue Deus, qui agat prædictis modis in materiam, ut essentia cuiuslibet inequitet quasi illis materiæ partibus in quas agit, aut aliquibus alijs, quæ in has ipsas agant per motus transmissionem, imò ut integræ aliquando adsit materiæ quam gubernat & modificat; ut constat in 30

1 quomodo] quâ (édit. lat.). — 27 ut omis (ib.).

Genijs, siue bonis, siue malignis, qui se humanis oculis patefecerunt : aliter enim qui poterant constringere materiam, & in hâc vel illâ figurâ continere ?

Postremò, cum tam stupendam virtutem habeat substantia incorporea, vt per nudam suâ applicationem, sine funiculis aut vncis; sine fundis aut cuneis, materiam constringat, explicet, diuidat, proijciat, & simul retineat, annon verisimile videatur, vt in seipsam se possit colligere, cum nulla obstet impenetrabilitas, & diffundere se denuò,
10 *& similia ?*

Hæc abs te peto, Vir doctissime, quantum per otium licebit, vt digneris exponere, vtpote quem scio tam intima quàm extima Naturæ mysteria rimatum esse, commodeque interpretari posse.

15 *Septimò, de globulis æthereis, quæro, si Deus mundum ab æterno condidisset, annon multis abhinc annis comminuti & confracti fuissent isti globuli in partes indefinitè subtiles, mutuis collisionibus vel attritionibus, primique elementi faciem iam olim induissent, ita vt vn-*
20 *uersus mundus in vnam immensam flammam multa antè sæcula abijisset ?*

Octauò, de particulis tuis aqueis, longis, teretibus & flexibilibus, numquid habent poros ? Id sanè mihi non videtur probabile, cum sint simplicia corpora, particulæque
25 *primæ ex nullis alijs particulis complicatæ, sed fragmina ex integrâ primâque materiâ elisa, ac proinde planè homogenea. Hinc dubito, qui poterunt flecti sine penetratione dimensionum. Putemus enim aliquando ad annuli instar incuruari. Superficies concaua minor erit conuexâ,*
30 *&c. Rem probè tenes. Non est quod hîc immorer.*

Nec tamen si poros habere contenderes, quod nunquam

opinor facies, difficultatem tollet. Quippe quod quæstio tunc instituetur de pororum labris vel lateribus : necessario enim aliquid flectetur, quod non habet poros.

Atque hæc difficultas pertinet non solum ad oblongas tuas particulas, sed etiam ad ramosas illas aliasque fermè omnes, quas flecti necesse est, & tamen non disrumpi. 5

Nonò & vltimò, vtrum materia, siue æternam fingamus, siue hesternò die creatam, sibi liberè permiffa, nulumque aliunde impulsum suscipiens, moueretur an quiesceret? Deinde, an quies sit modus corporis priuatiuus, an vero positiuus? Et siue positiuum mallet, siue priuatiuum, vnde constet vtrumlibet? An denique vlla res affectionem vllam habere possit naturaliter & à se, quâ penitus potest destitui, vel quam aliundè potest adsciscere? 10

Haëtenus ferè circa generalia præclaræ tuæ Physices fundamenta lusi, dicam, an potius laboraui, progressurus posthac ad specialiora, si facilitas tua atque comitas eò me inuitauerit, aut saltem permiserit. Et æquiori sanè animo feres, cum hîc de primis agatur principijs, si superstiosè omnia examinaui, viamque quasi palpando, singulaque curiosiùs contrectando, lente me promoui & testudineo gradu. Video enim ingenium humanum ita comparatum esse, vt faciliùs longè quid consequens sit dispiciat, quàm quid in naturâ primo verum; nostramque omnium conditionem non multùm abluere ab illâ Archimedis, ὀδὸς ποῦ στῶ, καὶ κινήσω τὴν γῆν. Vbi primùm figamus pedem, inuenire multò magis satagimus, quàm vbi inuenimus vltèriùs progredi. 15 20 25

Quod ad mirificas illas structuras attinet, quas ex illis principijs generalibus erexisti, quamuis primâ fronte adeò sublimes & ab aspectu nostro remotæ viderentur, vt 30

omnia apparerent nubibus tenebrisque obuoluta, dies tamen difficultates comminuit, paulatimque euanuerunt istæ obscuritates, adeò vt perpauca, præ quod tum factum est, in conspectum iam veniant.

5 *Hoc autem necesse duxi, vt profiterer, ne æternum à me expectes tibi creatum iri negotium, sed lubentius mihi rescribas, parique humanitate hæc sciscitationes meas accipias, quâ primas quas nisi obiectiones. Quod si feceris (clarissime Cartesi) supra quàm dici potest, tibi obstri-*
10 *ctum dabis*

*Humanitatis tuæ ac sapientiæ
admiratorem religiosissimum*

HENRICUM MORUM.

15 *Cantabrigiæ, è Christi Collegio,
3 Nonarum Martij 1649.*

DXLV.

CHANUT A DESCARTES.

Stockholm; 6 mars 1649.

[A. BAILLET], *La Vie de Monsieur Des-Cartes*, t. II, p. 369.

Suite immédiate du passage cité, lettre DXLII, p. 295 ci-avant :

faire seruir à vne équation cubique, ou quarré-quar-
rée^c, affectée sous tous les degrez, accompagnant cette
parabole d'un cercle, comme vous faites tres-elegamment,
il ne faut pas se seruir de l'axe. Excusez, s'il vous plaist,
ma liberté qui ne part que d'un cœur sincere & de 25

Page 371, l. 11. — Le P. Maignan, Minime, qui enseigna la philosophie à Toulouse, puis à Rome, et avait déjà écrit à Mersenne, de Paris, le 17 juillet 1648 :

« ...Par mes principes physiques, j'ay trouvé geometriquement la pro-

a. Page 446 de la présente édition.

b. Pages 478 et 479 (fig. p. 477).

c. Clers. : quarrée (au lieu de quarré-quarrée).

» portion des refractions, qui est la mesme que celle de M. des Cartes, et
 » de Hobes dans vostre 2 tome de *Physico-mathem.* »

« Ils m'excuseront, si ie monstre que leurs principes de ce mouvement
 » *propagatus a lucido intumescete et detumescete* sont faux, et que, *iis*
 » *etiam admissis, impossibile est ut fiant refractiones sicut fieri constat.*
 » Ayant trouué la proportion des refractions, et la refraction du cristal,
 » ie trouue l'hyperbole et l'ellipse qu'il faut pour le telescope, et donne
 » une machine, laquelle fera tout aussi exactemant la forme hyperbo-
 » lique et elliptique, comme la spherique... » (*Bibl. Nat., fr. n. a. 6284,*
512 [249].)

Voici deux documents curieux, relatifs à Maignan, tirés d'une lettre de
 Dom Anthoine Vinot, Bénédictin, à Clersevier, « de Chartres, ce 24 may
 » 1660 » :

« ...Je m'estonne encore dauantage de ce que le P. Theophile a ou-
 » blié, dans son *Exuuia*, vn Ph(ilosophe) Illustre, qu'il n'a pu ne pas
 » connoistre, puisqu'ils se sont rencontréz plus d'vne fois a Rome et a
 » Toloze. Ce Philosophe mathematicien s'appelle Emmanuel Magnan,
 » de l'ordre des Minimes, qui enseigne maintenant la Theologie a Rome,
 » au Couuent de la Trinité du Mont. C'est ce Religieux au nom duquel
 » le P. Mersenne propose quantité de questions dans diuerses lettres
 » contenues au second volume des Lettres de M^r Desc., que vous don-
 » nastes au public l'autre année. Ce bon Pere fist imprimer a Toloze,
 » l'an 1653; avec approbation des docteurs et des superieurs de son
 » ordre, vn cours entier de Philosophie, sous ce titre qu'il remplit assez
 » bien : *Cursus Philosophicus concinnatus ex notissimis cuique principiis,*
 » *ac presertim quoad res Physicas instauratus, ex lege naturæ sensatis*
 » *experimentis comprobata.* Et il a enseigné toutes les propositions de ce
 » cours dans Rome, en présence de tout ce qu'il (y) auoit d'Illustres dans
 » cette grande ville capitale de la Religion et nommement du Cardinal
 » Spada qu'il appelle son Mecenas. Dans ce cours il rejette absolument
 » toutes les formes substantielles, les accidens et les modes separez,
 » par des raisons conuaincantes. » (*Bibl. de Chartres, 3 G, 366, p. 664-*
665.)

« ...Et pour dire encore vn mot en passant du Pere Minime, qui estoit
 » autrefois amy intime des feu Peres Mersenne et Nicéron, il loue fort
 » M^r Desc. en plusieurs endroits et il a emprunté de luy, sans le nommer,
 » ce qu'il a de plus beau et de plus fort; mais il ne laisse pas de le refuter
 » en trois choses principalement, qui sont l'Explication des proprietéz de
 » l'Ayman, de la pesanteur, et du retour ou restablissement des corps qui
 » font ressort. Ie vous ay désja dit qu'il nie tout a plat les accidens,
 » formes substantielles et autres telles racailles de petits estres; mais,
 » d'vn autre costé, il admet le vuide, grand et petit, la penetration et redu-
 » plication des corps; il donne des pensées et perceptions aux animaux,
 » bien qu'il dise expressement que l'ame qui les informe n'est rien autre

» chose que les plus pures parties du sang qu'on nomme Esprits. Il explique les attrait magnetiques et electriques par cet intelligible (*intelligible* ?) terme de sympathie; les mouvemens des Corps par des principes *ab intrinseco* et les mouuemens de l'ange et l'ame raisonnable par l'exercice de certaines extensions virtuelles ou plutost imaginaires. Enfin il a encore quantité d'autres bagatelles, qu'on pourroit appeller *veræ Philosophiæ dehonestamenta*, tant il est vray ce que je dis souuent que *soli Cartesio datum ex omni parte sapere*, les autres n'estant Philosophes que par partie et ausquels on pourroit appliquer cette parole que St Paul attribue a tous les voyageurs, *ex parte cognoscunt, ex parte prophetant.* » (*Ib.*, p. 688-689.)

DLXIV.

MORUS A DESCARTES.

[Cambridge, 23 juillet 1649.]

Texte de Clerselier, tome I, lettre 70, p. 296-302.

La date est donnée par la réponse de Descartes, lettre DLXVI ci-après. Morus répond ici à la lettre DLIV du 15 avril, p. 340. Voir le prolégomène, p. 235, et l'éclaircissement, p. 246.

*Illustrissimo Viro, Principique Philosopho,
Renato Descartes,
Henricus Morus.*

*Vix me abstinebam (Vir clarissime) quin ab acceptis
tuis litteris continuò ad te rescriberem, quamvis pro- 5
fecto id à me factum fuerit inciuliùs, quippe quod satis
ex ijsdem intelligerem te per septimanas benè multas } ne-
gotijs fore districtissimum. Quin & mihi ipsi tunc tem-
poris à patris obitu acciderunt multa, quæ me alio auoca-
runt, impediueruntque adeo, vt quod voluissem maximè, 10
præstare haud commodè potuissem. Iam verò ad te tua-
que reuersus satisque nacltus otij rescribo, gratiasque ago*

maximas, quòd quærendi de tuis scriptis quod lubet obijciendique, plenum mihi ius tam liberè benigneque concesseris.

Cæterùm, ne abuti videar hâc summâ humanitate tuâ
 5 *ad prolixiores altercationes (nam hæcenus eo in loco Philosophiæ versati sumus, qui λογισμῶνς lubricisque subtilitatibus opportunior extitit, in consinijs vtique Physicæ, Metaphysicæ & Logicæ), ad ea propero, quæ certum magis firmumque iudicium capiunt.*

10 *Obiter tantùm notabo, atque primò ad Responzionem ad Instantias primas^a. Quantùm ad Angelos animasque separatas, si immediatè suas inuicem deprehendant essentias, id non dici posse sensum propriè, si ipsos singas penitùs incorporeos. Me verò lubentem cum Platonicis,*
 15 *antiquis Patribus, magisque fermè omnibus, & animas & genios omnes tam bonos quàm malos, planè corporeos agnoscere, ac proindè sensum habere propriè dictum, i. e. mediante corpore quo induuntur exortum. Et profectò, cum nihil non magnum de tuo ingenio mihi pollicear,*
 20 *perquàm gratissimum esset, si coniecturas tuas, quas credo pro eâ quâ polles sagacitatè ac acumine fore ingeniosissimas, mecum breuiter communices super hâc re. Nam, quòd quidam magnificè se efferunt in non admittendo substantias vllas quas vocant separatas, vt dæmonas, An-*
 25 *gelos, animasque post mortem superstites, & maximoperè hîc sibi applaudunt, quasi re^b benè gestâ, & tanquam eo ipso longè sapientiores euassissent cæteris mortalibus, id ego non huius æstimo. Nam, quod sæpiùs obseruauî, hi sunt vt plurimùm, aut taurini sanguinis homines, per-*

a. Voir ci-avant, p. 341, l. 5.

b. Clers. : ac.

ditéque melancholici, aut immane quantum sensibus & voluptatibus dediti, Athei denique, saltem si permetteret Religio, quâ solâ superstiosè freti Deum esse agnoscunt. Me verò non pudet palàm profiteri, me, vel semoto omni Religionis imperio, meâ sponte agnoscere, genios esse atque Deum, nec vllum alium tamen me posse admittere, nisi qualem optimus quisque ac sapientissimus exoptaret, si deesset, existere. Vnde semper suspicatus sum, profligatissimæ improbitatis summæque stupiditatis triumphum esse Atheismum; Atheorumque gloriationem perindè esse, ac si stultissimus populus de sapientissimi benignissimique principis cæde ouarent inter se & gratularentur. Sed nescio quo impetu huc excursus est^a. Redeo.

Secundò, quod ad demonstrationem illam tuam attinet, quâ concludis omnem substantiam extensam esse tangibilem & impenetrabilem^b, videor mihi hæc posse regerere. In aliquâ scilicet substantiâ extensâ partes extra partes esse posse, sine vllâ ἀντιτοπία, seu mutuâ resistantiâ, atque hinc perit propriè dicta tangibilitas. Deinde extensionem simul cum substantiâ in reliquam replicari extensionem & substantiam, nec deperdi magis quàm illam substantiæ partem quæ retrahitur in alteram, atque hinc cadit illa impenetrabilitas. Quæ profiteor me clarè & distinctè animo concipere. Quòd autem aliquod reale claudi possit (sine vllâ suâ diminutione) minoribus maioribusque terminis, constat in motu, ex tuis ipsius principijs. Nam idem numero motus nunc maius nunc minus subiectum occupat, iuxta tuam etiam sententiam. Ego verò pari facilitate & perspicuitate concipio dari posse substantiam,

a. est] de Cleris.

b. Page 341, l. 25.

quæ sine vllâ suî imminutione dilatari & contrahi possit, siue per se id fiat, siue aliundè.

Postremò igitur, & demiror equidem, quòd ne in intellectu tuo cadere possit, quòd aut mens humana aut
 5 Angelus hoc fermè modo sint extensi, quasi implicaret contradictionem. Cùm ego potiùs putarem implicare contradictionem, quòd potentia mentis sit extensa, cùm mens ipsa non sit extensa vllò modo. Cùm enim potentia mentis sit modus mentis intrinsecus, non est extra mentem ipsam,
 10 vt patet. Et consimilis ratio est de Deo; vnde me consimilis ferit admiratio; quòd in Responzione ad penultimas Instantias^a concedis eum vbique esse ratione potentia, non ratione essentia; quasi potentia diuina, quæ Dei modus est, extra Deum esset sita, cùm modus realis quilibet intimè semper insit rei cuius est modus. Vnde necesse est
 15 Deum esse vbique, si potentia eius vbique sit.

Neque suspicari possum per potentiam Dei intelligere te velle, effectum in materiam transmissum. Quòd si hoc intelligas, non video tamen quin eodem res recidat. Nam
 20 hic effectus non transmittitur nisi <per> potentiam diuinam, quæ attingit materiam suscipientem, hoc est, modo aliquo reali vnitur cum eâ, ac proindè extenditur; nec tamen intèrèa separatur ab ipsâ diuinâ essentiâ. Videtur enim, vt dixi, conspicua contradictio. Sed hisce statui non
 25 immorandum.

Ad Quæstiones transyolo, postquam monuerim, quàm contristat animum continuationis tuæ Philosophiæ desperatio. Sed æquè refocillat tamen certa spes Tractatûs illius desideratissimi, quem hæc æstas parturit; citò &
 30 fæluciter in lucem prodeat, exopto.

a. Ci-avant, p. 343, l. 14.

Ad Responf.
ad Quæſtiones.

Ad primam & ſecundam^a, reſpondeſ ſanè conſtanter & conuenienter tuis principijs, quod à quolibet, niſi ſententia vicerit melior, & expecto, & laudo.

Ad tertiam^b, ex nauigiolo illo tuo has mihi comparauit merces : 1, In motu eſſe mutuuum eorum quæ moueri dicuntur renixum. 2, Quietem eſſe actionem, nempè renixum quendam, ſiue reſiſtentiam. 3, Moueri duo corpora, eſſe immediatè ſeparari. 4, Immediatam illam ſeparationem eſſe motum illum, ſiue translationem, præciſè ſumptum.

Cùm verò duo corpora ſe expediunt à ſe inuicem, niſi vim in vtroque expeditricem & avulſoriam adieceris notioni translationis ſeu motûs, motus hic erit extrinſecus tantum reſpectus, aut aliquid fortasſe leuius. Separari enim, vel ſignificat, ſuperficies corporum quæ ſe modò | mutuò tangebant diſtare à ſe inuicem (diſtantia autem 15 corporum extrinſecus tantum eſt reſpectus); vel ſignificat non tangere quæ modò tangebant, quæ priuatio duntaxat eſt, vel negatio. Certè de ſententiâ tuâ hâc in re non ſatis clarè mihi conſtat.

Ego verò, ſi mihi ipſi permetterer, iudicaretur motum 20 eſſe vim illam vel actionem, quâ ſe à ſe inuicem mutuò expediunt corpora quæ dicis moueri; immediatam autem illam ſeparationem eorumdem eſſe effectum dicti motûs, quamuis ſit vel nudus duntaxat reſpectus, vel priuatio. Sed aliter tibi viſum eſt philoſophari in explicatione de- 25 finitionis motûs, Art. 25 Part. 2, vbi equidem mentem tuam non plenè capio^c.

Ad reliquas Quæſtiones omnes quas propoſui, reſpon-

a. Ci-avant, p. 345, l. 9 et 17.

b. Page 345, l. 22.

c. Principia Philoſophiæ, p. 46.

disti perspicuè & appositè. Sed ad pleniorè intelligentiam eorum quæ ad sextam accumulau^a, expecto dum prodeat exoptatissimus tuus libellus de Affeclibus.

5 *Cæterum, quantum ad verba illa mea vltima : An vlla res, &c.^b, parturibat profecto mihi mens euanidam aliquam subtilitatem, quæ iam effugit, nec meâ interest reuocare.*

10 *Hoc tantum quæram denuò : Vtrum materia sibi liberè permiffa, id est nullum aliundè impulsum suscipiens, moueretur an quiesceret? Si mouetur à se naturaliter, cum materia sit homogœnea, & eapropter motus vbique esset æqualis, sequitur quòd tota materia, simul ac fuerit, disijceretur in partes tam infinitè exiles, vt nihil vllò modo vltèrius abradi possset ab vllâ particulâ. Quicquid enim*
 15 *abradendum imaginaris, iam dissectum est ac dissolutum, ob intimam vim motûs per vniuersam materiam peruadentis, vel, si malles, infiti. Nec partium alix alijs magis mutuò adhærescent, aliòue cûrsum fleclent, quàm alix, cum sint omnes prorsus consimiles iuxta quamlibet rationem imaginabilem.*
 20

Nulla enim figuræ asperitas, vel angulositas, fingi potest, quæ non iam contusa sit ad vltimum quod motus poterit præflare. Nec vlla motûs inæqualitas in vllis particulis ponenda est, cum materia supponatur perfectè
 25 *homogœnea. Si naturaliter igitur moueretur materia, nec sol, nec cœlum, nec terra esset, nec vortices vlli, nec heterogœneum quicquam, siue sensibile siue imaginabile, in rerum naturâ. Ideoque periret tuum condendi cœlos, terrasque, cæteraque sensibilia, mirificum artificium.*

a. Ci-avant, p. 347. l. 17.

b. Page 348, l. 18.

Quòd si materiam quiescere dicis ex se, nisi aliundè mouetur, quòdque hæc quies sit positivum quid, vim inde materia æternum pateretur, & affectio naturalis destrueretur in perpetuum, vt contraria dominaretur; quod videtur duriusculum. Nec tamen tutius forsitan esset quietem statuere motus priuationem, siue negationem; caderet enim omnis resistendi actio in materiâ quiescente, quam tamen agnoscis; quamvis & id ipsum intellectui meo nonnihil negotij faceffat. Dum enim quietem actionem statuis materiæ, motum etiam eandem esse statuas necesse est; siquidem materia non agit nisi mouendo, aut saltem conando motum. Malè profecto me habent isti scrupuli, quos quamprimùm eximere mihi poteris; obsecro vt eximas.

Quinetiam adeo supersticiosè hæc prima principia pensito, vt noua iam mihi ingeratur difficultas de naturâ motus. Cum scilicet motus corporis modus sit, vt figura, situs partium &c.; quâ fieri posset, vt transeat ab vno corpore in aliud, magis quàm alij modi corporei? Et vniuersim imaginatio mea non capit, quâ possit fieri, vt quicquam, quod extra subiectum esse non potest (cuiusmodi sunt modi omnes), in aliud migret subiectum. Deinde quæram: cum vnum corpus in aliud minus, sed quiescens, impingit, secumque defert, annon quies quiescentis corporis similiter transmigrat in deferens, æquè ac motus mouentis in quiescens? Videtur enim quies res adè otiosa ac pigra, vt^a tædeat itineris; cum tamen æquè realis sit ac motus, ratio cogit eam transire.

Postremò, obstupesco planè, dum considero, quòd tam leuicula ac vilis res ac motus, solubilis etiam à subiecto

a. Edit. lat. : eam ajouté avant tædeat.

& transmigrabilis, adeoque debilis ac euāidæ naturæ vt
 periret protinus, nisi sustentaretur à subiecto, tam po-
 tenter tamen contorqueret subiectum, & hac vel illac tam
 fortiter impelleret. Equidem pronior sum in hanc senten-
 5 tiam, quòd nullus prorsùm sit motuum transitus; sed quòd
 ex impulsu vnus corporis aliud corpus in motum quasi
 expergiscatur, vt anima in cogitationem ex hâc vel illâ
 occasione; quòdque corpus non tam suscipiat motum,
 quàm se in motum exerat, à corpore alio commonefa-
 10 ctum; & quod paulò antè dixi, eodem modo se habere
 motum ad corpus, ac cogitatio se habet ad mentem, ni-
 mirùm neutrum recipi, sed oriri vtrosque ex subiecto in
 quo inueniuntur. Atque omne hoc quod corpus dicitur,
 stupidè & temulentè esse viuum, vtpote quod vltimam in-
 15 fimamque diuinæ essentiæ, quam perfectissimam vitam
 autumo, vmbra esse statuo ac idolum, verumtamen sensu
 ac animaduersione destitutam.

Cæterùm, transitus ille tuus motuum à subiecto in sub-
 iectum, idque à maiori in minus, & vicissim, vt supra mo-
 20 nui, optimè repræsentat naturam meorum Spirituum ex-
 tensorum, qui contrahere se possunt, & rursus expandere;
 penetrare facillimè materiam & non implere; agitare
 quouis modo ac mouere, & tamen sine machinis vllis &
 vncorum nexu.

Ici s'arrête la partie de la lettre de More, à laquelle répondra Des-
 cartes (lettre DLXVI ci-après). Le reste fut bien envoyé au philosophe et
 lui parvint; mais il n'y put répondre. Nous ne donnerons donc la suite de
 cette troisième lettre de More, ainsi que la quatrième, du 21 octobre 1649,
 qu'à titre de document, et non plus comme une pièce nécessaire à l'in-
 telligence de la correspondance du philosophe. En voici le texte, d'après
 Clerselier, t. I, p. 302-311 :

* Verùm diutiùs in hoc loco hæsi quàm putaram : sed ad institutum

» propero, hoc est ad nouas quæstiones proponendas, super singulis illis
 » articulis Principiorum tuæ Philosophiæ, quorum vim nondum satis
 » intelligo. »

« *Ad Partis primæ Artic. 8 : Perspicuè videmus, etc.* »

« Nec perspicuè videmus extensionem, figuram, et motum localem, ad
 » naturam nostram pertinere; nec videmus perspicuè non pertinere. Vti-
 » nam hic breuiter demonstres nullum corpus posse cogitare! »

« *Ad Artic. 37.* »

« Annon maior perfectio est id solum velle posse hominem quod sibi
 » optimum esset, quàm posse etiam contrarium, cum melius sit semper
 » fælicem esse, quàm vel summis aliquando efferri laudibus, vel etiam
 » semper? »

« *Ad Artic. 54.* »

« Hic rursus repeto, quod oportebat demonstrare, nihil extensum cogi-
 » tare, aut, quod videbitur facilius, nullum corpus posse cogitare. Est
 » enim dignum ingenio tuo argumentum. »

« *Ad Artic. 60.* »

« Quamuis mens possit contemplari seipsam vt rem cogitantem, ex-
 » clusâ omni corporeâ extensione in hoc conceptu, non tamen euincit
 » quicquam aliud, nisi quod mens possit esse corporea vel incorporea,
 » non quod sit de facto incorporea. Iterum igitur rogandus es, vt demon-
 » stres, ex aliquibus operationibus mentis humanæ, quæ corporeæ naturæ
 » competere non possunt, hanc mentem nostram esse incorpoream. »

« *Ad Partis secundæ Artic. 25 : Non vim vel actionem quæ transfert,*
 » *vt ostendam illum semper esse in mobili, etc.* »

« Annon igitur vis ipsa, atque actio motûs, est in re motâ? »

« *Ad Artic. 26.* »

« Estne igitur in quiescentibus perpetua quædam vis statoria, vel
 » actio sistendi se, et corroborandi contra impetus omnes, quibus partes
 » eorum diuelli possint et disijci, vel totum corpus aliò abripi et trans-
 » ferri? Adeo vt quies rectè definiri possit, vis quædam vel actio interna
 » corporis, quâ corporis partes arctè constringuntur ad se inuicem et
 » comprimuntur, adedque à diuisione vel dimotione, per impulsum
 » alieni corporis, defenduntur? Hinc enim illud consurgeret, quod à meo
 » intellectu minimè alienum est: Materiam vtique vitam esse quandam
 » obscuram (vtpote quam vltimam Dei vmbram existimo), nec in solâ
 » extensione partium consistere, sed in aliquali semper actione, hoc est,
 » vel in quiete vel in motu, quorum vtrumque reuerâ actionem esse ipse
 » concedis. »

| « *Ad Artic. 30.* »

« Hic articulus videtur continere demonstrationem evidentissimam,
» quòd translatio siue motus localis (nisi extrinsecus sit corporum res-
» pectus duntaxat) non sit reciprocus vllò modo. »

« *Ad Artic. 36.* »

« Quæro : Annon mens humana, dum spiritus accendit, attentius diu-
» tiùsque cogitando, corpusque insuper ipsum calefacit, motum auget
» vniuersi ? »

« *Ad Artic. 55.* »

« Nunquid igitur cubus perfectè durus, perfectèque planus, motus su-
» per mensâ, puta perfectè durâ perfectèque planâ, eo ipso instanti quo
» à motu sistitur, æquè firmiter coalescit cum mensâ, ac cubi vel mensæ
» partes cum seipsis ? An manet diuisus à mensâ semper, an ad tempus
» saltem, post quietem ? Nulla enim est compressura cubi in mensam,
» cùm hunc motum tanquam in vacuo factum imaginemur, super men-
» sam extra mundi parietes, si fieri posset, sitam, ac proindè vbi nullus
» locus est grauitati vel leuitati ; motumque sisti ex eâ parte ad quam
» tendit cubus. Videntur igitur ex lege naturæ, cùm iam diuisa sint cubus
» et mensa, et nulla actio realis detur quâ coniungantur, mansura semper
» actu diuisa. »

« *Ad Artic. 56 et 57.* »

« Non video quî sit opus, vt tam amplos particularum gyros ac lusos
» circa corpus B describas. Videtur enim satis, si putemus singulas aquæ
» particulas simili impetu moueri à materiâ subtili, et æquales esse par-
» ticularum magnitudines. Hinc enim, cùm B à quolibet latere breuis-
» simis gyris vel semigyris, vel aliâ quâcumque ratione motûs proximè
» adiacentium particularum, contunditur, necessariò quiescet, nec in
» vnam partem magis quàm in aliam promouebitur. »

« *Ad Artic. 57, lineam 19 : Nec incedent per lineas tam rectas, etc.* »

« Quid ? quòd iam ad circularem magis accedunt, cùm antea oualem
» magis | referebant figuram ? Non plenè capio. »

« *Ad Artic. 60 : Sed ipsas*

« *quatenus celerius aguntur in quaslibet alias partes ferri.* »

« Possuntne igitur celeritas motûs et eiusdem determinatio diuor-
» tium pati ? Perindè enim videtur, ac si fingamus viatorem currentem
» cursum quidem dirigere Londinum versus, sed celeritatem cursûs nihi-
» lominus ferri Cantabrigiam versus vel Oxonium. Subtilitas quam neu-
» tra Vniuersitas capiet, nisi forte intelligas per *ferri*, motum moliri, vel
» niti vt aliquorsum fiat motus. »

« *Ad Partis Tertiæ Artic. 16.* »

« Annon iuxta Ptolemaicam hypothesin Veneris lumen, ad modum
» Lunæ, nunc decresceret, nunc cresceret, quamvis non tam ampliter? »

« *Ad Artic. 35.* »

« Quî fit vt Planetæ omnes in eodem non circumgyrentur plano (vide-
» licet in plano Eclipticæ), maculæque adeò solares, aut saltem in planis
» Eclipticæ parallelis, ipsaque Luna, aut in Æquatore aut in plano
» Æquatori parallelo, cùm a nullâ internâ vi dirigantur, sed externo tan-
» tùm ferantur impetu? »

« *Ad. Artic. 36, 37.* »

« Vellem etiam mihi subindices rationem Apheliorum et Perihelio-
» rum Planetarum, et quam ob causam locum subindè mutant singula,
» tum maximè cùm in eodem sint vortice omnia? cur non iisdem in locis
» inueniuntur Planetarum omnium Primariorum Aphelia et Perihelia?
» Præcessio etiam Æquinoctiorum, quomodo ex tuis oriatur principijs?
» Hic enim tu veras et naturales horum Phænomenon causas explicare
» poteris, cùm alij fictitias tantùm exponant Hypotheses. »

« *Ad Artic. 55: Quæ in orbem aguntur.* »

« Sed quomodo primùm inceperunt tam immensa materiæ spatia in
» gyros conuolui, vorticesque fieri? »

« *Ad Artic. 57: | Eius partem quæ à funda impeditur, etc.* »

« Videtur perceptu difficilior, quod lapis A impediatur à motu in D,
» cùm nec de facto illuc vnquam feratur, nec si impedimentum tollere-
» tur, illuc naturaliter pergeret. Pergeret enim omnino versus C. »

« *Ad Artic. 59.* »

« Nouam vim motûs acquiri, et tamen conatum renouari hîc dicis.
» Nescio quàm benè cohærent^b. Nam si noua vis acquiritur et superad-
» ditur, non est renouatio motûs, sed augmentatio. Quòd si globulus A
» mouendo motum auget, in eodem puncto baculi existens^c, cur non sem-
» per motus seipsum mouendo accendit et auget? Hoc autem modo iam-
» pridem omnia in flammam abijissent. »

« *Ad Artic. 62.* »

« Hîc quæro, cùm conatus globulorum, in quo lux et lumen consistit,

a. Non tam ampliter] non eisdem numeris et legibus. (*Edit. lat.*)

b. Cohærent] ea cohæreant. (*Edit. lat.*)

c. *Après existens*] (nam vorticis globulos hoc exemplum respicit). (*Edit. lat.*)

» fiat per integram vorticis amplitudinem, ita vt basis trianguli BFD
 » multò maior esse possit quàm DB, et ab vtrinque^a productæ diametri
 » DB, decies puta vel centies maioris factæ, extremitatibus, globuli obli-
 » quo conatu in cuspidem aliquam ad F, oculum cuiuslibet intuentis,
 » reprimantur; cur lux, puta solis, non maior videtur, quàm quæ sit intra
 » circulum DCB? »

« *Ad Artic. 72.* »

« Non penitùs hoc artificium contorquendi materiam primi elementi
 » in spirales siue cochleares formas intelligo; præsertim in locis ab axe
 » paulo remotioribus. Nisi hoc fiat, non tam quòd globuli torqueantur
 » circa particulas primi elementi, quàm quòd ipsum primum elementum,
 » ab ipsis fortasse globulis leuiter in gyrationem determinatum, se ipsum
 » inter triangularia illa spatia contorqueat, lineasque spirales in se de-
 » scribat. Oro tē vt hīc mentem pleniùs explices. Sed et alia subinde hīc
 » oritur dubitatio. Cūm particulæ hæ contortæ constant ex minutissimis
 » particulis et rapidissimè agitatis, quomodo illæ minutissimæ particulæ
 » in vllam formam vel magnitudinem maiorem coalescant, præsertim
 » cūm in formandis hisce particulis striatis di|stortio illa sit, motùsque
 » obliquitas? »

« *Ad Artic. 82 : Tam supremi quàm infimi, etc.* »

« Prodigij instar mihi videtur rapidus hic globulorum supremorum
 » cursus, præsertim si cum mediorum comparetur, et qui causas quas
 » in subsequenti articulo profers, longè excedat. Si quid vlteriùs adinue-
 » nire possis, quo mollius hoc dogma reddatur, gratum profectò esset
 » audire. »

« *Ad Artic. 84 : Cur cometarum caudæ, etc.* »

« Primam quamque impatienter tibi obtrudo occasionem explicandi
 » quodlibet : rogo vt hanc rem etiam hoc in loco breuiter expedias. »

« *Ad Artic. 108 : Per partes*

» *vicinas Eclipticæ QH in cælum abire coguntur.* »

« Quī fit vt non omnes ferè illuc abeant, potiùs quàm à polo ad polum
 » migrando vorticem, quem vocas, componant? »

« *Ad Artic. 121 : A varijs causis assiduè potest mutari, etc.* »

« A quibus? »

« *Ad Artic. 129, lin. 15 : Non priùs < ibi > apparere quàm, etc.* »

« Cur circumfluxus illius materiæ, cūm sit adeo transparens, impedit
 » Cometam ne videatur? Circumfluens enim materia Iouem Planetam

a. Vtrinque] vtrisque. (*Edit. lat.*)

» non abdit ab oculis nostris. Et cur necesse est vt, non nisi obuolutus
» materiâ relictis vorticis, Cometa indè egrediatur? »

« *Ad Artic. 130, lin. 21 : Minuitur quidem, etc.* »

« Cur non deletur penitùs, si vortex A E I O fortiùs vel æquè for-
» titer vrget vicinos vortices, quàm ille ab ipsis vrgetur? »

« *Ad Artic. 149 : Breui accedet ad A, etc.* »

« Cur non ad F vsque pergit, impingitque in ipsam terram? »

« *Ib. : Quia sic à rectâ lineâ^a minus deflectet.* »

« Non mihi constat lineam NA, continuatam cum AB, lineam magis
» rectam constituere, quàm eandem NA cum AD continuatam : sed cùm
» Luna à centro S recedat, ad modum globulorum | cælestium, magis
» naturaliter videtur consurgere versus B, quàm versus D descendere. »

« *Ad Partis Quartæ Artic. 22 : Nec Terra proprio motu cieatur, etc.* »

« Non video quid refert vnde sit motus ille circularis, modò sit in
» Terrâ; nec deprehendo quin illi celerrimi gyri Telluris imposita omnia
» rejicerent versus cælos, quamuis motus non esset proprius, sed ab in-
» ternâ materiâ cælesti profectus, nisi agitatio circumiacentis ætheris,
» quam supponis multo celeriolem, fatum illud præuerteret. Nec videtur
» Terra habere rationem corporis quiescentis, quoad conatum partium
» recedendi à centro (videtur enim illud necessarium in omni corpore cir-
» culariter moto); sed quòd simul circumuoluitur cum ambiente æthere,
» nec separantur superficies, hâc forsân ratione dicatur Terra quiescere.
» Hæc autem dico vt ex te intelligam, annon ratio, quòd partes Terræ
» non dissiliant, ad solam celeritatem motûs particularum ætheris refe-
» renda sit. »

« *Ad Artic. 25 : Propter suarum particularum motum inest leuitas.* »

« Quid igitur existimas de frigido et candenti ferro? Vtrum præpon-
» derat? Prætereâ, quomodo moles aquæ leuior fit ob motum partium,
» cùm motus harum partium tandem à globulis determinatur deorsùm?
» Hinc enim videtur magis accelerari descensus corporis, vnde maior
» æstimabitur grauitas. Atque hoc modo aqua auro præponderabit. »

« *Ad Artic. 27 : Nisi forte aliqua exterior causa, etc.* »

« Quænam sint illæ causæ, paucis obsecro vt innuas. »

« *Ad Artic. 133 : Axi parallelas.* »

« Parallelismi mentio hîc me monet de difficultatibus quibusdam fere

a. A lineâ rectâ *Desc. (Principia, p. 185, l. 3-4.)*

» inextricabilibus. Primò, cur tui vortices non fiant in modum columnæ,
 » seu cylindri, potiùs quàm ellipsis, cùm quodlibet punctum axis sit qua-
 » si centrum à quo materia cælestis recedat, et, quantum video, æquali
 » prorsus impetu? Deinde, primum elementum | (cum vbique ab axe
 » oporteat globulos æquali vi recedere) cur non æqualiter per axem totum
 » in cylindri formam productum iacet, sed in sphæricam figuram con-
 » gestum ad medium ferè axis relegatur? Nam occursus huius elementi
 » primi ab utroque polo vorticis nihil impedit quominus totus axis pro-
 » ductâ flammâ luceret. Cùm enim vbique cuiuslibet axis æquali vi rece-
 » dant globuli, faciliùs præterlabentur se inuicem, rectâque pergunt ad
 » oppositos polos materiæ subtilissimæ irruentia fluenta, quàm excaua-
 » bunt, vel distudent sibi, in aliquâ axis parte, spatium maius quàm
 » præsens et æquabilis vorticis circumuolutio lubens admitteret, vel
 » sponte suâ offerret. Tertio denique, cùm globuli cælestes circa axem
 » vorticis ferantur παραλλήλως et axi et sibi inuicem, nec parallelismum
 » perdant, dum locum aliquatenus inter seipsos mutant, impossibile vide-
 » tur vt vlla omninò fiat particularum striatarum intortio, nisi ipsæ par-
 » ticulæ striatæ in triangularibus illis spatijs circa proprios axes circum-
 » rotentur, quod quàm commodè fieri possit non video, quemadmodum
 » supra monui. »

« *Ad Artic. 187: Nulla sympathiæ vel antipathiæ miracula, etc.* »

« Vtinam igitur hic explices, si breuiter fieri possit, quâ ratione me-
 » chanicâ euenit, vt in duabus chordis, etiam diuersorum instrumento-
 » rum, vel vnisonis, vel ad illud interuallum musicum quod διαπασῶν
 » dicitur attemperatis, si vna percutiatur, altera in altero instrumento
 » subsiliat, cùm quæ propiores et laxiores etiam sint, immò et in eodem
 » instrumento, in quo chorda percussa, tensæ, non omninò moueantur!
 » Experimentum vulgare est et notissimum. Nulla verò sympathia mihi
 » videtur magis rationes mechanicas fugere, quàm hic chordarum con-
 » sensus. »

« *Ad Artic. 188: Ac sextam de homine essem, etc.* »

« Perge, diuine Vir, in istoc opere excolendo et perficiendo. Pro cer-
 » tissimo enim habeo, nihil vnquam Reipub. literariæ aut gratius aut
 » vilius in lucem proditurum. Nec est quod experimentorum defectum
 » hic causeris. Nam, quantum ad corpus nostrum, accepi à dignis fide
 » authoribus, te, quæ ad humani corporis Anatomem spectant, accuratis-
 » simè vniversa explorasse. Quod autem ad animam, cùm talem ipse
 » nactus sis, quæ in maximè sublimes amplissimasque operationes euigi-
 » lauit, spiritusque habeas agillimos et subtilissimos, generosa tua mens,
 » innatâ suâ vi cælestique vigore, tanquam igni Chymicorum aliquo,
 » freta, ita excutiet se, variasque in formas transmutabit, vt ipsa sibi
 » facile esse possit infinitorum experimentorum officina. »

« *Ad Artic. 195 : Et Meteoris explicui, etc.* »

» Pulcherrimam sanè colorum rationem in Meteoris explicuisti. Est
 » tamen eâ de re improba quædam difficultas, quæ magnum imagina-
 » tioni meæ negotium facessit. Quippe quòd, cùm colorum varietatem
 » statuas oriri ex proportione quam habet globulorum motus circularis
 » ad rectilinearem, eueniet necessariò vt aliquando etiam in iisdem glo-
 » bulis, et motus circularis rectilinearem, et rectilinearis circularem
 » eodem tempore superet. Verbi gratiâ, in duobus parietibus oppositis,
 » quorum vnus rubro, alter cæruleo colore obductus est, interiacentes
 » globuli, ob rubrum parietem, celerius mouebuntur in circulum quàm
 » in lineam rectam; ob parietem tamen cæruleum, celerius in lineam
 » rectam mouebuntur quàm in circulum, et eodem prorsus tempore;
 » quæ sunt plane ἀσύστατα. Vel sic : in eodem pariete, cuius pars, puta
 » dextra, rubet, media nigra est, sinistra cærulea, cùm ad oculum semper
 » fiat decussatio, omnes globuli, ob radiorum concursum, singulorum
 » globulorum motûs proportionem, circularis nimirum ad rectum, susci-
 » pient; adè vt necesse sit colores omnes in imo oculi permisceri et
 » confundi. Neque vllam rationem soluendi hunc nodum excogitare pos-
 » sum, nisi fortè supponendum sit motum hunc circularem esse duntaxat
 » conatum quendam^a ad circulationem, non plenum motum, vt reuerâ fit
 » in motu recto dictorum globulorum.

» | Et ad plerasque omnes alias difficultates quas tibi iam proposui,
 » aliquales saltem solutiones, vel proprio Marte, eruere forsàn potuero.
 » Sed cùm humanitas tua hanc veniam mihi concesserit, et^b singularis
 » tua dexteritas in soluendis huiusmodi nodis, quam in nuperis tuis
 » litteris perspexi, me insuper inuitauerit (quamuis enim breuiter pro an-
 » gustijs temporis, in quas coniectus tunc eras, egisse te video, tam plenè
 » tamen mihi satisfacis, tamque fortiter animi sensus mihi moues, ac si
 » præsens digitum digito premeres); cùm denique maiorem præ se laturæ
 » sint auctoritatem elucidationes tuæ, tum apud me ipsum, tum apud
 » alios, si vsus fuerit, è re nostrâ putauit fore, hasce omnes difficultates
 » tibi ipsi proponere, quas cùm solueris, nisi magnoperè fallor, penitissi-
 » simè tuæ Philosophiæ Principia intelligam vniuersa. Quod equidem
 » quanti facio vix credibile est. Hosce autem præsentès gryphos mihi
 » cùm expediueris (quod quantò citiùs fit^c, propter impotentem illum
 » amorem quo in tua rapior, èd gratiùs futurum est), quæstiones alias è
 » Dioptrice tuâ petitas, mox accipies à

» Philosophiæ tuæ studiosissimo,

» HENRICO MORE. »

a. Conatum quendam] breues quosdam et celeres conatus. (*Edit. lat.*)

b. Et] cùmque. (*Edit. lat.*)

c. Lire fiet?

DLXV.

DESCARTES A CARCAVI.

La Haye, 17 août 1649.

Texte de Clerselier, tome III, lettre 77, p. 443-450.

« A Monsieur de Carcavi. A la Haye, le 17 Aoust 1649. » *En-tête de Clerselier.* — *C'est la réponse à la lettre du 9 juillet, p. 369 ci-avant. Carcavi y répondra le 24 sept., lettre DLXX ci-après.*

Monsieur,

Je vous suis tres-obligé de la peine que vous avez prise de m'écrire le succez de l'expérience de Monsieur Pascal touchant le Vif-argent, qui monte moins
 5 haut dans vn tuyau qui est sur vne montagne, que dans celuy qui est dans vn lieu plus bas. l'auois quelque interest de la sçauoir, à cause que c'est moy qui l'auois prié, il y a 2 ans, de la vouloir faire, & ie l'auois assuré du succez, comme estant entierement conforme
 10 à mes principes, sans quoy il n'eust eu garde d'y penser, à cause qu'il estoit d'opinion contraire^a. Et pour ce qu'il m'a cy-deuant enuoyé vn petit imprimé, où il décriuoit ses premieres expériences touchant le vuide, & promettoit de refuter ma matiere subtile^b, si vous
 15 le voyez, ie serois bien aise qu'il sceust que j'attens encore cette refutation, & que ie la receuray en tres-bonne part, comme j'ay tousiours receu les obiections

a. Ci-avant, lettre du 13 déc. 1647, p. 99, l. 9.

b. *Ib.* p. 98, l. 3, et p. 100, *éclaircissement*.

qui m'ont esté faites fans calomnie. Si on m'enuoye celles que vous me faites esperer du Pere Magnan^a, ie ne manqueray pas d'y faire la réponse que ie iugeray estre conuenable.

La Geometrie de Monsieur Schooten est imprimée^b. 5
Son latin n'est pas fort elegant; & pource que ie ne l'eusse pû voir auant qu'il fust imprimé, fans estre obligé de le changer tout, ie m'en suis entierement diispensé.

Pour mon traitté des Passions, il est vray que i'ay 10
promis, il y a long-temps, de l'enuoyer à vn amy qui a dessein de le faire imprimer; mais ie ne luy ay pas encore enuoyé^c.

|Pour la quadrature du Pere Gregorius à S. Vin- 15
centio, ie n'en fais pas meilleur iugement que Monsieur de Roberual^d; car, quelque animosité que ce dernier ait contre moy, il ne peut y auoir aucune consideration qui me détourne du chemin de la verité, lors qu'il me fera connu. Mais ie ne puis aucune- 20
ment connoistre, par ce qu'il vous a plû m'écrire de sa part, qu'il puisse demesler les asymmetries qui ont embroüillé Monsieur de Fermat^e. Ce n'est rien de dire, comme il fait, que ce que Monsieur de Fermat nomme

a. Page 371, l. 8.

b. Page 371, l. 13. — Cf. p. 143, l. 5.

c. Pourtant, dans une lettre datée d'Egmond, le 14 août 1649, à Cler-
selier, Descartes lui dit de son *Traité des Passions* : « Tel qu'il est, ie le
» mets entre vos mains... » (fin de la 4^me des lettres qui servent de pré-
face). Mais l'ouvrage fut imprimé à Amsterdam et non à Paris (voir ci-
avant, p. 363, note c), et parut fin de novembre (lettre du 27 nov.
ci-après).

d. Ci-avant, p. 372, l. 6.

e. *Ib.*, l. 10.

$\sqrt{b a}$, il l'appelle b , & ainsi des autres, ne s'arrestant point dans la fuitte de l'operation iusqu'à ce que l'équation subsiste soubz b^2 ou ses degrez plus hauts par nombre pair. La difficulté est de sçauoir par quelle operation on peut faire cela, lors qu'il y a plus de quatre
 5 termes incommensurables donnez. Lors qu'il n'y en a que quatre, la chose est facile, pource que, faisant

$$\sqrt{a} + \sqrt{b} \approx \sqrt{c} + \sqrt{d},$$

leurs quarrez font

$$10 \quad a + b + 2\sqrt{ab} \approx c + d + 2\sqrt{cd},$$

où le nombre des termes incommensurables est diminué. Mais, ayant

$$\sqrt{a} + \sqrt{b} + \sqrt{c} \approx \sqrt{d} + \sqrt{e} + \sqrt{f},$$

leurs quarrez font

$$15 \quad a + b + c + 2\sqrt{ab} + 2\sqrt{ac} + 2\sqrt{bc} \approx d + e + f \\ + 2\sqrt{de} + 2\sqrt{df} + 2\sqrt{ef},$$

où le nombre des termes est augmenté. C'est ce qui a embarassé Monsieur de Fermat, & qui embarasse encore maintenant Monsieur de Roberual, quoy qu'il
 20 dissimule. Sans cela, il ne feroit pas de difficulté d'acheuer l'équation, dont ie me souuiens de vous auoir enuoyé la moitié en ma precedente, pource que c'est chose facile. Permettez-moy que ie l'attende encore, iusques à la premiere fois que j'auray l'honneur de recevoir de vos lettres, afin qu'il puisse d'autant mieux
 25 estre conuaincu.

Je ne puis que ie ne vous aye de l'obligation, de ce

que vous tafchez de me perfuader qu'il n'est point animé contre moy. C'est auoir l'ame genereufe & belle, que de se porter ainfi à preuenir les diffentions, au contraire des esprits malins qui se plaifent à les faire naiftre & à les entretenir. Mais ie vous diray 5 que, de ma part, ie n'ay iamais fait tant d'honneur à ceux qui tafchent de me defobliger que de les eftimer dignes de ma haine. Ie ne fuis point | leur ennemy, bien qu'ils puiffent eftre les miens. Ie puis auffi vous affurer que le Reuerend Pere Merfenne n'a rien contri- 10 tribué du fien, pour me faire iuger de l'animofité dudit fleur de Roberual; il l'a toufiours pluftoft diffimulée, autant que les loix de l'amitié luy ont pû permettre. C'est luy-mefme qui me l'a déclarée, fi expreffément & avec des paroles fi hardies & fi pleines 15 de confiance, que, s'il parle maintenant d'vne autre façon, i'ay fuiet de penfer que c'est feulemēt pour eftre moins foupçonné de calomnie, lors qu'il dit quelque chofe à mon defauantage. Et pour cette mefme raifon, i'ay intereft que le monde fçache qu'il 20 eft autant irrité & piqué contre moy, que le peut eftre vn homme que fa profeffion engage à vouloir paroiftre docte, & qui, m'ayant attaqué cinq ou fix fois pour faire preuue de fon fçauoir, m'a obligé autant de fois à découurir fes erreurs, comme il m'y 25 oblige encore à present par les trois obiections, que vous auez pris la peine de mettre dans voftre lèttre.


Car, premierement, lors qu'il m'obiecte : *Que le point C est par tous les angles que i'ay nommez en la page 326, & que ie n'ay point nommé celuy où il 30 ne peut eftre, & que iamais la queftion n'est impos-*

sible^a, il est evident que ce qu'il dit est hors de raison, en
 quelque sens qu'il le puisse prendre. Car mes paroles
 sont, page 326^b, ligne 3, que *si la quantité y se trouue*
nulle, lors qu'on a supposé le point C dans l'angle DAG,
 5 *il faut le supposer aussi dans l'angle DAE, ou EAR, ou*
RAG, & que, si en toutes ces quatre positions la valeur d'y
se trouuoit nulle, la question seroit impossible au cas pro-
posé. A quoy ie n'ay pas besoin de rien adioûter pour
 faire voir clairement qu'il se trompe, premierement en
 10 ce qu'il dit que le point C est *par tous les angles que*
i'ay nommez. Car, en l'exemple proposé, il ne se peut
 trouver dans l'angle DAE, ny aussi (pour vser de ses
 termes) *par l'angle DAE.* Mais la particule *par*, qu'il
 met au lieu de *dans*, me fait connoistre qu'il peche en
 15 cecy vn peu plus que par ignorance. Il peche par
 ignorance, en ce que, voyant que le cercle CA, dans
 toutes les parties de la circonference duquel se trouue
 | le point C, passe par le point A, il s'est imaginé que
 ce point C pouuoit estre le mesme que le point A, ce
 20 qui est tres-faux, à cause qu'au point A la quantité y
 se trouue nulle, & il y a difference entre tous les
 points & toutes les parties d'une circonference. De
 plus, quand on luy accorderoit que le point C pour-
 roit estre au point A, on ne pourroit dire pour cela
 25 qu'il fust dans l'angle DAE, mais seulement en l'in-
 terfection des lignes qui le composent; car le mot
 d'angle signifie vne quantité, & non pas le seul point
 où deux lignes se rencontrent. On ne pourroit dire
 non plus qu'il fust par l'angle DAE; car on ne peut

a. Page 373, l. 26.

b. *Géométrie*, page 398, ligne 13, de la présente édition.

ainsi parler d'un point : c'est seulement d'une ligne qu'on peut dire qu'elle est, ou plutôt qu'elle passe par un angle, lors que, passant par le point où les deux lignes qui le composent se rencontrent, elle passe aussi par le dedans de cet angle, c'est à dire par la superficie contenuë entre ces deux lignes. Ainsi le cercle



CA passe par les angles DAG & EAR, mais non point par l'angle DAE. De façon qu'en quelque sens qu'il s'explique, il a toujours tort d'auoir dit que le point C est par tous les angles que j'ay nommez. Et sa finesse paroist en ce que, bien que mon sens fust tresclair, & que, lors que j'ay parlé de supposer le point C dans l'angle DAG, il n'ait pû douter que ie n'aye entendu par cet angle toute la superficie contenuë entre les deux lignes DA & GA qui le contiennent, pource que cela ne souffre aucune autre interpretation, & mesme que le point C s'y voit peint dans la figure, il a neantmoins changé mes mots, & par ce moyen en a corrompu le sens.

Il est euident aussi qu'il se trompe, en ce qu'il dit que ie n'ay pas nommé l'angle où le point C ne peut estre; car, ayant nommé tous les quatre angles qui se font par l'interfection des deux lignes DR & EG, j'ay nommé toute la superficie indefiniment estenduë de tous costez, & par consequent tous les lieux, tant ceux où le point C peut estre, que ceux où il ne peut pas estre; en sorte qu'il auroit esté superflu que j'eusse considéré d'autres angles. Enfin il se trompe de dire que cette question n'est iamais impossible; car, bien qu'elle ne le

soit pas en la façon que ie l'ay proposée, on la peut proposer en plusieurs autres, dont quelques-vnes sont impossibles, & ie les ay voulu toutes comprendre dans mon discours.

5 Sa seconde obiection^a est vne fausseté manifeste; car ie n'ay pas dit, dans la page 373, ce qu'il veut que i'aye dit, à sçauoir qu'il y a *autant de vrayes racines que les signes + & — se trouuent de fois estre changez*, ny n'ay eu aucune intention de le dire. l'ay dit seulement
10 qu'il y en peut autant auoir; & i'ay montré expressément, dans la page 380, quand c'est qu'il n'y en a pas tant, à sçauoir quand quelques-vnes de ces vrayes racines sont imaginaires. Et son peu de memoire m'est confirmé par ce que m'a dit le sieur Chauueau^b, qui
15 m'a assuré qu'il luy a desia cy-deuant répondu à cette pretenduë obiection, & montré son erreur; en sorte qu'il ne peche pas en cecy par ignorance, mais faute de memoire, ou autrement.

Au contraire, dans sa 3^e obiection, ie ne remarque
20 qu'une ignorance grossiere. Il dit qu'en ma Geometrie i'ay vne faute & vne omission: la faute, en ce que ie soutiens que le cercle peut couper en six endroits la ligne courbe que i'y décris, sans auoir égard à sa compagne qui est de l'autre part de la ligne DO, laquelle ie n'ay pas
25 représentée; & qu'il y a demonstration qu'il ne la peut couper qu'en quatre endroits, de quelque façon qu'elle puisse estre faite; l'omission, en ce que ie ne me sers pas de sa compagne, qu'il dit estre absolument necessaire pour

a. Ci-avant, p. 374, l. 1.

b. Sans doute à Paris, lors de son dernier voyage, en 1648. Voir ci-avant, *éclaircissement*, p. 201-202.

*refoudre les équations qui ont six racines vrayes; & que
 cette omiffion devient bien plus confiderable, en ce que,
 pour six racines vrayes, ie fais tomber mes perpendicu-
 laires CG, NR, QO & semblables sur la ligne DO,* 25
qu'il dit y estre absolument inutile, & qu'il se faut seruir
d'une autre^a. A quoy ie répons qu'il n'y a ny faute ny
omiffion en ce qu'il reprend, pource qu'il est tres-
vray que le cercle peut couper cette ligne courbe en
six endroits, & qu'il l'y coupe effectivement toutes 10
les fois que l'équation, pour la resolution de laquelle
on les décrit fuiuant la regle que i'en ay donnée, con-
tient six vrayes racines inégales entr'elles, fans qu'il
faille pour cét effet auoir aucun égard à fa compagne.
Ainsi que vous verrez tres-clairement, s'il vous plaift
de prendre la peine de chercher par cette regle les 15
racines de l'équation fuiuante, ou de quelqu'autre
semblable :

$$\begin{aligned}
 x^6 - 25 x^5 + 239 x^4 - 1115 x^3 + 2664 x x - 3060 x \\
 + 1296 \approx 0.
 \end{aligned}$$

Car, d'autant qu'il y a six vrayes racines en cette équation, 20
 qui font 1, 2, 3, 4, 6 & 9, vous trouuerez que
 le cercle coupera la courbe en six points, desquels
 tirant six perpendiculaires sur la ligne DO, ces six
 perpendiculaires seront 1, 2, 3, 4, 6 & 9. Et son igno-
 rance est telle que, bien qu'il y ait desia onze ou 25
 douze ans qu'il m'a fait la mesme obiection, & que ie
 luy ay répondu, il n'a sceu apprendre, en tout le
 temps qui a coulé depuis, à faire le calcul qui est
 requis pour examiner ma regle, quoy qu'il soit si aisé

a. Ci-avant, p. 374, l. 7.

qu'on le peut faire en moins d'un demy quart d'heure.

L'adioucte que, tant s'en faut que la ligne qu'il nomme la compagne de la courbe soit absolument necessaire en ma regle, ainsi qu'il assure, qu'au contraire
5 elle n'y peut iamais aucunement seruir. Et on peut voir que ie ne l'ay point obmise faute de la connoistre, pource que ie l'ay representée dans la page 336 pour vne autre occasion où elle est vtile. Enfin il se mocque de dire que la ligne droite DO est absolument inutile
10 dans ma regle, $\langle \& \rangle$ qu'il s'y faut seruir d'une autre ligne droite; car il suffit que celle-cy y soit employée, & que la regle ne soit point fausse, comme certainement elle ne l'est point, pour faire voir qu'elle y est vtile. Et ce qui rend son ignorance moins excusable en tout
15 cecy, c'est qu'on peut, comme i'ay auerty dans la page 412, faire vne infinité d'autres regles à l'imitation de la mienne. Et il n'y a aucune ligne droite que ie ne puisse faire seruir au lieu de cette ligne DO en quelque vne de ces regles. Comme aussi, | au lieu de la
20 ligne courbe dont ie me suis seruy, ie pourrois y employer sa compagne, ou telle autre ligne du second genre qu'il me plairoit; mais la regle ne pourroit pas aisément se rencontrer si courte, ny si elegante. Et i'ose dire que celle que i'ay donnée est la plus belle, &
25 qui a esté sans comparaison la plus difficile à trouuer de toutes les choses qui ont esté inuentées iusques à present en Geometrie, & qui le fera peut estre encore cy-apres en plusieurs siecles, si ce n'est que ie prenne moy-mesme la peine d'en chercher d'autres.

30 La regle où ie me fers de l'interfection de la parabole & du cercle pour construire les Problemes

solides, laquelle vous louëz en vostre lettre^a, est autant inferieure à celle cy, qu'elle surpasse celle de la page 302, où ie me fers de l'interfection du cercle & de la ligne droite pour construire les Problemes plans. Mais ie voudrois qu'il nous fist voir les demonstrations qu'il pretend auoir pour prouuer ses censures. Le m'assure que nous y verrions de beaux paralogismes, comme i'en ay quasi tousiours trouué dans tout ce qu'il a voulu produire de son inuention. Le dis dans tout, fans que i'en excepte presque aucune chose. Car, pour l'aire de la ligne décrite par la Roulette, dont il s'est fort vanté, c'est Toricelli qui l'a trouuée; & c'est moy qui luy ay enseigné à en trouuer les tangentes^b; ce qu'il m'auoit fait demander par le Reuerend Pere Merfenne, apres auoir confessé qu'il ne les pouuoit trouuer. On me fit voir, l'an passé, des écrits qu'il auoit enseignez à ses disciples, qui contenoient plusieurs raisonnemens tres foibles qu'il debitoit pour des demonstrations; & à cause qu'il y concludoit des choses contraires à ce que i'auois écrit; il inferoit de là que i'auois failly^c. Il a aussi vsé de ce mesme moyen pour me refuter, dans vn écrit que le frere de Monsieur le Marquis de Neuf-Castel m'a autrefois enuoyé de sa part^d. Il y raisonnoit en cette sorte : ma demonstration est vraye (& c'estoit vne demonstration qu'il retenoit *in pectore* fans vouloir que ie la sceusse), & la conclusion en est contraire à ce qu'un tel pretend

a. Page 374, l. 23.

